Τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη
Θεσπέσιον· μάλα δὲ ζφι φόως γένετ' ἀμφοτέρωθεν,
Ἠμὲν πρὸς νηῶν, καὶ ὁμοιΐῃ πολέμοιο.
Ἔκλορα δ' ἐφράσσανλο βοὴν ἀγαθὸν, καὶ ἑταίρους,
Ἠμὲν ὅσοι μετόπισθεν ἀφέσασαν, ὲδ' ἐμάχονλο,
Ἠδ' ὅσσοι πὰρ νηυσὶ μάχην ἐμάχονλο θοῇσιν·
Οὐδ' ἄρ' ἔτ' Αἰανλι μεγαλήτορι ἤνδανε θυμῷ
Ἑξάμεν, ἔνθα περ ἄλλοι ἀφέσασαν υἷες Ἀχαιῶν·
Ἀλλ' ὅγε νηῶν ἴκρι' ἐπώχελο, μακρὰ βιβάσθων,
Νώμα δὲ ξυσὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσι,
Κολλητὸν βλήτροισι, δυωκαιεικοσίπηχυ.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς,
Ὅς' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας ζυναγείρεται ἵππους,

665 "Hos per hîc ego ſupplico, non præſentes,
"Ut-ſtetis fortiter; neque, *quæſo*, vertamini in fugam.
Sic fatus, accendit robur & animum cujuſque:
Illis autem, ab oculis nubem caliginis ſubmovit Minerva
Divinitùs-immiſſam; valdéque ipſis lux coorta eſt utrinque,
670 Et ex-parte navium, & *ex parte* omnibus-æquè-gravis prœlii.
Hectorem autem conſpexerunt pugnâ ſtrenuum, & ſocios,
Tum quotquot à-tergo abſtiterant, neque pugnabant,
Tum quotquot ad naves pugnam pugnabant veloces;
Neque verò ampliùs Ajaci magnanimo placuit mente
675 Stare, ubi alii conſiſtebant filii Achivorum:
Sed hic navium tabulata obibat, magnis-paſſibus gradiens,
Verſabátque contum magnum navalem in manibus,
Compactum clavis-ferreis, duorum-&-viginti-cubitorum.
Ut verò quum vir equis deſultoriis-uti peritus,
680 Qui poſtquam ex multis quatuor ſelegit equos,

Ver. 666.—τρωπᾶσθε.] Ita Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus. Quod & *Homero* uſitatius. *Al.* τροπάεσθε, & τροπάεσθαι.

Ver. 668.——νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη.] Nempe *Neſtoris* prudentia, & præſens conſilium, Achivis terrorem nonnihil imminuerat. Vide ſuprà ad ά, 194; ad β', 169; & ad δ', 92.

Ver. 671.—ἐφράσσανλο.] Editorum nonnulli, ἐφράσανλο. Quod ferri non poteſt. Vide ſuprà ad ά, 140; & ad ν', 1.

Ibid.——βοὴν ἀγαθὸν.] Vide ſuprà ad β', 408.

Ver. 674.—Αἰανλι.] Quâ ratione, Αἰανλι, hîc ultimam producat; item μάλα, *ver.* 695; vide ſuprà ad ά, 51.

Ver. 675.——ἀφέσασαν.] Ita *Euſtathius*, & in contexu & in commentario; Ita & Cod. *Harleianus*: Sicuti ſuprà, *ver.* 672. *Al.* ἐφέσασαν.

Ver. 680.——Ὅς τ'.] *Euſtathius*; Τὸ δὲ, "ὅς τε,"——ἀντὶ τοῦ, ὅτε."——ἄλλως γὰρ, οὐκ εὐσύνλακλος ἡ παραβολή. Sed omninò erravit vir eruditus. Neque enim ullo pacto fert linguæ græcæ ratio, ut ὅς τι intelligatur ὅτε. Et præterea uſitatiſſima eſt *Homero*, atque etiam concinnior, iſtiuſmodi ſyntaxis; Ὡς δ' ὅτε——. Ut reticeatur ſcilicèt elegantiſſimè id, quod languidius ita ſupplere poſſis: "*Sicuti* fit, "*quum*——;" vel, "*Sicuti* res ſe habet, *quum*:" vel, (quod *hoc in loco* optimè congruit,) "*Sicuti quum* oſtendit ſe "*homo peritus*——, *qui*," &c.

Ibid.——ζυναγείρεται.] Τὸ δὲ χωρὶς τοῦ γ' γράφειν, Ὁμηρικὸν, παρὰ τὴν χρῆσιν, καὶ τῷ ἀάγῳ

Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει,
Λαοφόρον κατ' ὁδὸν, πολέες τέ ἑ θηήσαντο
Ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες· ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται· οἱ δὲ πέτονται.
Ὡς Αἴας ἐπὶ πολλὰ θοάων ἴκρια νηῶν
Φοίτα, μακρὰ βιβὰς, φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανεν·
Αἰεὶ δὲ ζμερδνὸν βοόων Δαναοῖσι κέλευε,
Νηυσί τε καὶ κλισίῃσιν ἀμυνέμεν. Οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ
Μίμνεν ἐνὶ Τρώων ὁμάδῳ πύκα θωρηκτάων·
Ἀλλ' ὥς τ' ὀρνίθων πτερηνῶν αἰετὸς αἴθων
Ἕθνεα ἐφορμᾶται, πολαμὸν πάρα βοσκομενάων,
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δολιχοδείρων·
Ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο
Ἀντίον αἰζας· τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθε
Χειρὶ μάλα μεγάλῃ, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅμ' αὐτῷ.
Αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη·
Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
Ἄλεσθ' ἐν πολέμῳ· ὣς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.

Agitans ex campo magnam ad urbem incitat
Publicam per viam, multique eum admirantes ſpectant
Viri & mulieres; ipſe autem firmitèr finè-lapſu aſſiduè
Subſiliens, aliàs in alium alternat; illique *interim* volant:
Sic Ajax multa velocium tabulata-excelſa-in-puppibus navium
Obibat, magnis-paſſibus gradiens; voxque ejus ad æthera perveniebat;
Semper enim terribilitèr clamans Danaos hortabatur
Naveſque & tentoria defendere. At neque Hector
Manebat in Trojanorum turbâ benè armatorum:
Sed ſicut avium volucrium aquila fulva
Gentem invadit, fluvium juxta paſcentium,
Anſerum, vel gruum, vel cygnorum longa-colla-habentium;
Sic Hector impetu ferebatur-rectà in navem prorâ-cæruleam,
Prorsùm prorumpens; eúmque Jupiter impellebat à tergo
Manu valdè magnâ, concitabátque populum unà-cum ipſo.
Iterum verò acris pugna ad naves commiſſa eſt:
Dixiſſes certè indefeſſos & indefatigabiles inter-ſe
Occurrere in prœlio: tanto cum impetu pugnabant.

λόγῳ πάλιν Συνᾶδον ἐπιεικῶς. Τὸ γὰρ "Συν-" αίρεται," μᾶλλον προσεχῶς σημαίνει τὸ "Συνάγειν καὶ Συναρμόζειν." Καὶ ἐν ἄλλοις, "Σὺν δ' ἤειρεν ἰμᾶσι," (κ', 499,)—Συνήγαγε τὰς ἵππους. *Porphyr. Quæſt. Homeric.* 8.

Ver. 681. Σεύας.] Cod. *Harleian.* Σεύσας.

Ibid.——διώκει.] *Al.* δίηλαι.

Ver. 687.——κέλευε.] Vide ſuprà ad ν', 34.

Ver. 690.——ὀρνίθων——αἰετὸς——Ἕθνεα ἐφορμᾶται.]

——————quantum
Chaonias dicunt, aquilâ veniente, columbas. *Virg. Eclog.* IX. 12.

Ver. 691.——πολαμὸν.] Cod. *Harleian.* πολαμῶν.

Ver. 693.——νεὸς.] *Al.* νεώς.

Ver. 694.——ὦσεν.] *Al.* ὤρσεν. Vide ſuprà ad ν', 44.

Ver. 697.——ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας.]
Ingentem pugnam,——
Martem indomitum.——
Æn. II. 438, 440.

Τοῖσι δὲ μαρναμένοισιν ὁδ' ἦν νόος· ἦτοι Ἀχαιοὶ
Οὐκ ἔφασαν φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ, ἀλλ' ὀλέεσθαι·
Τρωσὶν δ' ἤλπετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἑκάστου,
Νῆας ἐνιπρήσειν, κτενέειν θ' ἥρωας Ἀχαιούς·
Οἱ μὲν τὰ φρονέοντες ἐφέσασαν ἀλλήλοισιν.
Ἕκτωρ δὲ πρύμνης νεὸς ἥψατο πουλυπόροιο,
Καλῆς, ὠκυάλου, ἣ Πρωτεσίλαον ἔνεικεν
Ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀπήγαγε πατρίδα γαῖαν·
Τῇ περ δὴ περὶ νηὸς Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
Δῄουν ἀλλήλους αὐτοσχεδόν· οὐδ' ἄρα τοίγε
Τόξων αἰνὰς ἀμφὶς μένον, οὐδὲ τ' ἀκόντων,
Ἀλλ' οἵγ' ἐγγύθεν ἑσάμενοι ἔναν θυμὸν ἔχοντες,
Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο,
Καὶ ξίφεσιν μεγάλοισι, καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι.
Πολλὰ δὲ φάσγανα καλὰ, μελάνδετα, κωπήεντα,
Ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χαμάδις πέσον, ἄλλα δ' ἀπ' ὤμων
Ἀνδρῶν μαρναμένων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα.
Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,

Ac pugnantibus hic erat animus: Achivi quidem
Non putabant *se* evasuros è clade, sed perituros:
Trojanis autem credebat animus in pectoribus cujusque,
Naves incensuros esse *se*, occisuróque heroas Achivos.
Atque hi quidem his animis inflabant sibi invicem.
Hector autem puppim navis prehendit pontum-transeuntis,
Pulchræ, velocis, quæ Protesilaum advexerat
Ad Trojam, neque retrò reduxit *eum* in patriam terram:
Hujus utique pro nave Achivique Trojanique
Occidebant alii-alios cominùs: Neque sanè ii
Sagittarum impetus eminùs expectabant, neque jaculorum;
Sed cominùs stantes, unum animum habentes,
Acutis jam securibus & bipennibus pugnabant,
Et ensibus magnis, & hastis utrinque-acutis.
Multi verò gladii pulchri, nigris-inditi-manubriis, capulis-magnis,
Alii quidem è manibus in-terram cadebant, alii verò ab humeris
Virorum pugnantium: fluebátque sanguine terra nigra.
Hector autem puppim-*navis* postquam prehenderat, non dimittebat,

Ver. 704.——νὸς ἥψαλο.] *Al.* νεὼς ἥψαλο. Ut pronunciaretur scilicet, νῶς ἥψαλο.

Ver. 705. Καλῆς.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 708.—οὐδ' ἄρα τοίγε——.] Ὅρα τὸν φράσιν τῆς κινδυνώδους ἀκριβείας μάχης· ἣν οὐκ ἂν φράσειαν κάλλιον, οὐδ' εἰ πάνυ οἱ ῥήτορες εἰς ἓν ζυνελθόντες μελετήσαιεν. *Eustath.*

Ver. 711.—δὴ.] *Omnino*——. Vide autem suprà, ad ξ', 433.

Ver. 713.—καλὰ.] Vide suprà ad β', 43.

Ibid.—μελάνδετα.] *Nigris manubriis inditi.* Malè Barnesius, *nigris illigati vaginis.* Quod hîc minùs convenit.

Ver. 714.—χειρῶν.] Cod. *Harleian.* χερός.

Ver. 716. Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν——, οὐ-σεῖς πῦρ.]

Clatsem, quæ lateri castrorum adjuncta latebat
Aggeribus septam circùm & fluvialibus undis,
Invadit; sociosque incendia poscit ovantes;
Atque manum pinu flagranti fervidus implet. *Æn.* IX. 69.

Ibid.—μεθίει.] Vide suprà ad *ver.* 24.

Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων, Τρωσὶν δ' ἐκέλευεν·
Οἴσετε πῦρ, ἅμα δ' αὐτοὶ ἀολλέες ὄρνυτ' ἀϋτήν.
Νῦν ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκε,
Νῆας ἑλεῖν, αἳ δεῦρο θεῶν ἀέκητι μολεῦσαι,
Ἡμῖν πήματα πολλὰ θέσαν, κακότητι γερόντων·
Οἵ μ', ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσιν,
Αὐτόν τ' ἰσχανάασκον, ἐρητύοντό τε λαόν.
Ἀλλ' εἰ δή ῥα τότ' ἔβλαπτε φρένας εὐρύοπα Ζεὺς
Ἡμετέρας, νῦν αὐτὸς ἐποτρύνει κὴ ἀνώγει.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοσιν ὄρουσαν·
Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσιν·
Ἀλλ' ἀνεχάζετο τυτθὸν, ὀϊόμενος θανέεσθαι,
Θρῃνυν ἐφ' ἑπταπόδην, λίπε δ' ἴκρια νηὸς ἐίσης·
Ἔνθ' ἄρ' ὅγ' εἰςήκει δεδοκημένος· ἔλχεϊ δ' αἰεὶ
Τρῶας ἄμυνε νεῶν, ὅςις φέροι ἀκάμαντον πῦρ·
Αἰεὶ δὲ ζμερδνὸν βοόων, Δαναοῖσι κέλευεν·
Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος,
Ἄνέρες ἐσθλοί, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Summam puppis-partem manibus tenens; Trojanis verò inclamabat;
" Ferte ignem, simúlque & ipsi conferti excitate pugnam.
" Nunc nobis omnium Jupiter instar diem dedit;
" Ut naves capiamus, quæ huc diis invitis profectæ,
" Nobis clades multas intulerunt, ignaviâ seniorum;
" Qui me, volentem pugnare ad puppes navium,
" Ipsúmque detinebant, inhibebantque exercitum.
" Verùm si tum lædebat mentes latè-sonans Jupiter
" Nostras, nunc ipse impellit & jubet.
Sic dixit: Illi autem inde acriùs in Argivos irruebant:
Ajax autem non ampliùs sustinebat, obruebatur enim telis;
Sed recedebat paululùm, (putans se moriturum esse,)
Ad transtrum septem-pedale; liquit verò tabulata navis undique-æqualis:
Ibi ille stabat observans; hastâque assiduè
Trojanos arcebat à navibus, quicunque ferret indefessum ignem:
Sempérque horrendùm clamans, Danaos hortabatur;
" O amici, heroës Danai, famuli Martis;
" Viri optime, amici, recordaminique strenuæ fortitudinis.

Ver. 717.——ἰκίλυεν.] Vide suprà ad ν', 84.

Ver. 718.——Οἴσετε.] Cod. *Harleian.* Οἴσεται.

Ibid.——ὄρνυτ'.] Vide suprà ad γ', 260.

Ver. 719.——πάντων——ἄξιον.] Πάντων τῶν τολμηθέντων εἰς ἡμᾶς ἀξίαν ἀμοιβήν. *Schol. Vulgg.* Ἀντάξιον ἀντὶ πάντων ὧν ἐπάσχομεν. *Schol. inedita in* Cod. *Harleiano.*

Ver. 724.—Ἀλλ' εἰ δὴ ῥα τότ'.] *At si tum* reverà——.

Ibid.—τοτ' ἔβλαπτε.] *Eustathius*, in Commentario suo, videtur legisse τότε βλάπτει. Id quod auribus non displicet.

Ibid.—εὐρύοπα.] Vide suprà ad ά, 175.

Ver. 729.—νηὸς ἐίσης.] Vide suprà ad ά, 306.

Ver. 370. Ἔνθ' ἄρ'.] *Ibi, inquam,*——.

Ibid.——εἰςήκει.] Si ἔςηκεν dixisset, jam non constaret Temporum ratio. Vide suprà ad δ', 434; & ad ά, 37.

Ver. 731.—ἀκάμαντον.] Vide suprà ad ά, 398.

Ver. 732.—κίλυεν.] Vide suprà ad ν', 84.

Ἦέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ὀπίσσω;
Ἦέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅκ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι;
Οὐ μέν τις Ζχεδόν ἐςι πόλις, πύργοις ἀραρυῖα,
Ἢ κ' ἀπαμυναιμεσθ', ἑτεραλκέα δῆμον ἔχονλες·
Ἀλλ' ἐν γὰρ Τρώων πεδίῳ πύκα θωρηκτάων,
Πόνῳ κεκλιμένοι, ἑκὰς ἤμεθα πατρίδος αἴης·
Τῷ ἐν χερσὶ φόως, ὃ μειλιχίη πολέμοιο.
Ἦ, καὶ μαιμώων ἔφεπ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι·
Ὅσις δὲ Τρώων κοίλης ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο,
Σὺν πυρὶ κηλείῳ, χάριν Ἕκτορος ὀτρύνανλος,
Τόνδ' Αἴας ἔτασκε, δεδεγμένος ὀξέϊ δουρί·
Δώδεκα δὲ προπάροιθε νεῶν αὐτοσχεδὸν ἔτα.

735 "An aliquos putamus esse adjutores à tergo?
"Aut aliquem murum firmiorem, qui viris perniciem arceat?
"Non quidem aliqua prope est urbs turribus munita,
"Quâ defendamur, suis-vicibus-succedentem exercitum habentes:
"Sed enim in Trojanorum campo benè armatorum,
740 "Ponto admoti, longè sedemus à patriâ terrâ:
"Ideò in manibus salus, non in remissione pugnæ.
Dixit, & furens insectabatur hastâ acutâ:
Quicunque utique Trojanorum, cavas ad naves ferretur
Cum igne ardenti, *in* gratiam Hectoris concitantis;
745 Hunc Ajax vulnerabat, excipiens acutâ hastâ;
Duodecim adeò ante naves cominùs feriit.

Ver. 736. Ἦέ τι τεῖχος ἄρειον.] ——Quò deinde fugam? quo tenditis? inquit.
Quos alios muros, quæ jam ultrà mœnia habetis? *Æn.* IX. 781.

Ver. 738.——ἀπαμυναίμεσθ'.] ἐπαμυναίμεσθ'. Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus. Βοήθειαν λάβοιμεν. *Schol. ibidem inedita.*

Ibid.—ἑτεραλκέα δῆμον.] ἀμοιβαῖς· ν', 793.

Ver. 739.——Τρώων πεδίῳ——, πόνῳ κεκλιμένοι,——ἐν χερσὶ φόως——. Ἦ, καὶ μαιμώων ἔφεπ' ἔγχεϊ.]
Nec spes ulla fugæ: rerum pars altera adempta est. *Æn.* IX. 131.
Ecce, maris magno claudit nos obice pontus;
Deest jam terra fugæ; pelagus, Trojamne petemus?
Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes. *Æn.* X. 377.

Ver. 741.——μειλιχίη.] *Al.* μειλιχίη.

Ver. 742.——ὀξυόεντι.] Vide suprà ad ι, 50.

Ver. 743.—κοίλης ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο.] *Al.* κοιλὰς ἐπὶ νῆας ἄγοιτο. Scholia inedita, in Cod. *Harleiano*, exponunt; ἐφέροιτο τῇ εἱμαρμένῃ. Sed aptiùs intelligas; *virtute suâ*, vel, *hortatu Hectoris.*

Ver. 745.—ὀξέϊ δουρί.] *Al.* ἔγχεϊ μακρῷ.

Ver. 746.——δὲ.] *Al.* δή. Longè minùs venustè.

Ibid.——ἔτα.] *Al.* ἔκλα.

ΤΗΣ

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Π΄.

Ὑπόθεσις τῆς Π΄ ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψῳδίας.

ΠΑτρόκλῳ διηθέντι Ἀχιλλεὺς τὴν ἑαυτοῦ ναυσπλίαν ἐπιδρέπει ἀναλαβεῖν, καὶ τοὺς Μυρμιδόνας ἐξάγειν ἐπὶ τὸν πόλεμον· οἱ δὲ, ἐξελθόντες ἔτρεψαν τοὺς Τρῶας. Πάτροκλος δὲ Σαρπηδόνα τὸν Διὸς ἀναιρεῖ, τὸν ναρχήορον ἵππον τοῦ Ἀχιλλέως ἀνελόντα, Πήδασον· ἔπειτα δὲ Πάτροκλον Ἕκτωρ ἀναιρεῖ, πληγέντα πρότερον ὑπὸ Εὐφόρβου, Ἀπόλλωνος ἀφελομένου τὴν ναυσπλίαν αὐτοῦ.

Ἐπιγραφαί.

Πατρόκλεια.

Ἄλλως.

Πῖ, Πάτροκλον ἔπεφνεν ἀρήϊον Ἕκτορος αἰχμή.

Ὣς οἱ μὲν περὶ νηὸς ἐϋσσέλμοιο μάχοντο·
Πάτροκλος δ' Ἀχιλῆϊ παρίσταο, ποιμένι λαῶν,
Δάκρυα θερμὰ χέων, ὥςε κρήνη μελάνυδρος,
Ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.
Τὸν δὲ ἰδὼν ὤκτειρε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Τίπτε δεδάκρυσαι, Πατρόκλεις, ἠΰτε κούρη
Νηπίη; ἦθ' ἅμα μητρὶ θέουσ' ἀνελέσθαι ἀνώγει,

SIC hi quidem de navi bonis-tranſtris-inſtructâ pugnabant:
Patroclus autem Achilli aſtabat, paſtori populorum,
Lacrymas calidas fundens; tanquam fons aquis-niger,
Qui utique ab excelsâ petrâ nigram fundit aquam.
Hunc autem intuens miſeratus eſt pedibus-celer nobilis Achilles,
Et ipſum compellans verbis alatis allocutus eſt;
" Curnam lacrymaris, Patrocle, tanquam puella
" Parvula? quæ cum matre currens, eam ſe-*brachiis*-ſuſcipere flagitat,

Ver. 3. Δάκρυα θερμὰ χέων.] Multa gemens, largoque humectat flumine vultum. *Æn.* I. 649.

Ver. 5.—ποδάρκης.] Vide ſuprà ad ᾱ. 58.

Ver. 6.——ἔπεα πτερόεντα.]
——————————*verbis*
Quæ tutò tibi magna *volant*.——————
Æn. XI. 380.

Εἵανῦ ἀπ]ομένη, κ᾽ τ᾽ ἐσσυμένην κα]ερύκει,
Δακρυόεσσα δέ μιν πολιδέρκε]αι, ὄφρ᾽ ἀνέλη]αι·
Τῇ ἴκελ᾽, Πάτροκλε, τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβεις·
Ἦέ τι Μυρμιδόνεσσι πιφαύσκεαι, ἢ ἐμοὶ αὐτῷ;
Ἦέ τιν᾽ ἀγ]ελίην Φθίης ἐξέκλυες οἴ᾽;
Ζώειν μὰν ἔτι φασὶ Μενοίτιον, Ἀκ]ορ᾽ υἱὸν,
Ζώει δ᾽ Αἰακίδης Πηλεὺς μετὰ Μυρμιδόνεσσι,
Τῶν κε μάλ᾽ ἀμφοτέρων ἀκαχοίμεθα τεθνειώτων.
Ἦὲ ζύ γ᾽ Ἀργείων ὀλοφύρεαι, ὡς ὀλέκοι]αι
Νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν, ὑπερβασίης ἕνεκα ζφῆς;
Ἔξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.
Τὸν δὲ βαρυσενάχων προσέφης, Πα]ρόκλεις ἱππεῦ·
Ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέ᾽ υἱὲ, μέγα φέρ]ατ᾽ Ἀχαιῶν,
Μὴ νεμέσα· τοῖον γὰρ ἄχ᾽ βεβίηκεν Ἀχαιύς.
Οἱ μὲν γὰρ δὴ πάν]ες, ὅσοι πάρ᾽ ἦσαν ἄριστοι,
Ἐν νηυσὶν κέα]αι βεβλημένοι ὑτάμενοί τε·
Βέβλη]αι μὲν ὁ Τυδείδης κρα]ερὸς Διομήδης·

" Vestem apprehendens, & properantem detinet;
" Lachrymabunda autem ipsam suscipit, ut ulnis se attollat;
" Huic similis, Patrocle, rorantem lacrymam effundis.
" Anne aliquid Myrmidonibus nuncias, aut mihi ipsi?
" An aliquem nunçium ex Phthiâ audivisti solus?
" Vivere sanè adhuc aiunt Menœtium, Actoris filium;
" Vivit & Æacides Peleus inter Myrmidonas;
" Quorum utique valdè alterutro tristaremur mortuo.
" An verò tu Argivorum gratiâ luges, quòd ita pereant
" Naves ad cavas, injustitiam propter suam?
" Eloquere; nè cela mente; ut sciamus ambo.
" Hunc autem gravitèr-suspirans allocutus es, Patrocle eques;
" O Achille, Pelei fili, multò fortissime Achivorum,
" Nè indigneris: tam-gravis enim dolor oppressit Achivos.
" Illi enim jam omnes, quicunque antè erant fortissimi,
" In navibus jacent eminùs cominúsque vulnerati.
" Eminùs quidem sauciatus est Tydides fortis Diomedes;

Ver. 9. Εἵανῦ.] Vide suprà ad ξ', 178; & ad γ', 385.

Ver. 10.—πολιδέρκε]αι.] *Al.* περιδέρκε]αι.

Ver. 13.—Φθίης ἐξέκλυες.] *Al.* Φθίης ἐξ ἔκλυες.

Ver. 16.—ἀκαχοίμεθα.] *Al.* ἀκαχήμεθα.

Ibid.—τεθνειώτων.] Vide suprà ad γ', 46.

Ver. 21.—Πηλέ᾽.] *Al.* Πηλέως, & Πηλῆ᾽. Quæ omnia ferri possint. Vide suprà ad ά, 489.

Ibid.—υἱὲ, μέγα.] Quâ ratione, υἱὲ, hîc ultimam producat; vide suprà ad ά, 51.

Ibid.—μέγα φέρ]ατ᾽ Ἀχαιῶν.]
—O Danaûm fortissime gentis.
Æn. I. 100.

Ver. 22. Μὴ νεμέσα.] Quî hoc de irâ Achillis adversùs Agamemnonem coërcendâ acceperunt, vim hujus vocabuli prorsùs ignorârunt. Longè aliud est, μηνίειν· aliud, νεμεσᾶν. Videatur idem iste versiculus suprà, ά, 147.

Ibid.—βεβίηκεν—· Βέβλη]αι—· Οὖτα]αι.] Vide suprà ad γ', 736; & ad ά, 37.

Ver. 23.—δὴ] *Omninò*—; *Profectò*—. Vide suprà ad ξ', 433.

Ver. 25.—Διομήδης·—Ὀδυσεὺς—, Ἀγαμέμνων·—Εὐρύπυλ᾽.]—ἰωαινεῖται τῆς τάξεως· Τὸν μὲν γὰρ βασιλέα ὄντα πρεσβεύειν τῶν ἄλλων, μήποτε ἢ χαλεπήνας ὁ Ἀχιλλεὺς ἅμα τῇ τοῦ ἰχθεῖ μήνιμα πρᾶξαι τὸν ἐπίλοιπον. Ἀλλ᾽

Οὗτασαι δ' Ὀδυσεὺς δυρικλυτὸς, ἠδ' Ἀγαμέμνων·
Βέβληαι δὲ καὶ Εὐρύπυλος κατὰ μηρὸν ὀϊστῷ.
Τὼς μέν τ' ἰητροὶ πολυφάρμακοι ἀμφιπένονται,
Ἕλκε' ἀκειόμενοι· σὺ δ' ἀμήχανος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ.
Μὴ ἐμὲ γῶν ἔτος γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις,
Αἰναρέτη· τίς σεῦ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ,
Αἴκε μὴ Ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς;
Νηλεές· οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐξὶν ἀπηνής·
Εἰ δέ τινα φρεσὶ σῇσι θεοπροπίην ἀλεείνεις,
Καί τινά τοι καὶ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ,
Ἀλλ' ἐμὲ περ πρόες ὦχα, ἅμα δ' ἄλλον λαὸν ὄπασσον·

" Cominùs verò Ulyſſes haſtâ-inclytus, atque Agamemnon:
" Vulneratus etiam eſt Eurypylus in femore ſagittâ.
" Atque hos quidem medici multis-medicamentis-utentes curando-occupati ſunt,
" Vulnera ſanantes: tu verò inexorabilis es, Achille.
" Nè me *unquam* talis utique ceperit ira, qualem tu ſervas,
" In malum-fortis: Quiſnam à te alius juvabitur poſthàc,
" Si non ab Argivis *nunc* indignam perniciem propulſaveris?
" Immiſericors: non utique tibi pater erat eques Peleus,
" Nec Thetis mater; cæruleum autem te peperit mare,
" Excelſæque petræ; quoniam tibi mens eſt ſæva.
" Quòd ſi aliquod mentibus tuis vaticinium vereris,
" Et aliquod tibi à Jove dixit veneranda mater;
" At me ſaltem mitte citò, ſimúlque cæteras copias præbe

Ἀλλ' ὐδ' ἴσχαλον τίθησι· δίος γὰρ ἀγὼν, μὴ τῇ τῦ ὀνόμαλος προφορᾷ τελεύλαία κειμένη ἀναλυθῆναι ὕσῃ. ἀναπύσῃ πρὸς τὸ παρόν. Ὅθεν μέσην αὐτῷ δίδωσι τάξιν, ἐκπρύων τὴν μνήμην, ἀμελύνων τὸ μῖσος, διὰ τῶν ἐκατέρωθεν, ἀμάλιςα διὰ τῆς ἄγαν βραχυλογίας· Οὐ γὰρ πολλὰς λέξεις ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, καθὰ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, ἐδαπάνησεν· ἀλλὰ φειδωλῶς ὕπως ἐκπέδραμεν, " ἠδ' Ἀγαμέμνων." *Eustath.*

Ver. 29.—ἀκειόμενοι.] *Al.* ἀκειάμενοι.

Ver. 31.—τίς σεῦ ἄλλος.] Pronunciabatur, τίς σεῦλλος. MS. *Barnefii* unus, τί σεῦ ἄλλος; Quod & probat vir eruditus. Sed & ad ſententiam, minùs rectè; & ad conſtructionem cum iſto περ, parùm aptè.

Ver. 32. Νηλεές· οὐκ ἄρα——, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι.]

——————ἦ ῥα λεαίνας
Μασσὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τί μιν ἔτρεφε μάτης. *Theocrit. Idyll.* III. 15.

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres. *Æn.* IV. 365.

Quo de loco *Macrobius*: " Plenè Virgilius,
" non *partionem* ſolam, ſicut ille quem ſe-
" quebatur; ſed *educationem* quoque *nutri-*
" *cationis*, tanquam bellualem & aſperam,
" criminatur. Addit enim de ſuo, *Hyrca-*
" *næque admôrunt ubera tigres.*——Ad
" criminandos igitur mores, defuit *Homero*,
" quod *Virgilius* adjecit." *Lib.* V. *cap.* 11. Καὶ καλῶς Ὅμηρος εἶπε, " γλαυκὴ δέ σε
" τίκτε θάλασσα," πρὸς τὸν ἀνήμερον εἶναι δουλεύοντα καὶ ἀμείλικτον. *Plutarch. de Solertiâ Animalium.* Φιλικὸν ἡ παῤῥησία, καὶ Σεμνόν.——ὅθεν αἰδοῦνται τὰς παῤῥησιαζομένους, καὶ θαυμάζουσι.——Αὐτός γε μὴν ὁ Ἀχιλλεὺς, καὶ περ ὢν γλυκύθυμος ὢν ὑδ' ἀγανόφρων, ἀλλὰ δεινὸς ἀνὴρ,——παρεῖχε τῷ Παλρόκλῳ ζώπυρα καλαφέρειν αὐτῷ πολλὰ τοιαῦτα· " Νηλεὲς·
" οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ," &c. *Id. de Adulat. & Amic. diſcrim.*

Ibid.—ἱππότα.] Vide ſuprà ad ά, 175.

Ver. 34.—σε τίκτε.] *Al.* σ' ἔτικτε. Quod leviculum eſt.

Ver. 38. Ἀλλ' ἐμέ περ πρόες.] Codd. à *Th. Benleio* collati, Ἀλλὰ ἐμὲ πρόες.

Vet.

Μυρμιδόνων, ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι.
Δὸς δέ μοι ὤμοιϊν τὰ ζὰ τεύχεα θωρηχθῆναι,
Αἴκ ἐμέ ζοι ἴσκονσες ἀπόσχωνται πολέμοιο
Τρῶες, ἀναπνεύσωσι δ' ἀρηϊοι υἷες Ἀχαιῶν
Τειρόμενοι· ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.
Ῥεῖα δέ κ' ἀκμῆτες κεκμηότας ἄνδρας ἀϋτῇ
Ὦσαιμεν προτὶ ἄστυ, νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.
Ὣς φάτο λισσόμενος, μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλεν
Οἱ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι.
Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Ὤ μοι, διοτρεφὲς Πατρόκλεις, οἷον ἔειπες·
Οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι, ἥντινα οἶδα,
Οὔτε τί μοι πὰρ Διὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ·
Ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει,
Ὁππότε δὴ τὸν ὁμοῖον ἀνὴρ ἐθέλῃσιν ἀμέρσαι,
Καὶ γέρας ἀψ ἀφελέσθαι, ὅ, τε κράτεϊ προβεβήκει·
Αἰνὸν ἄχος τό μοι ἐστὶν, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ.
Κούρην, ἣν ἄρα μοι γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν,
Δουρὶ δ' ἐμῷ κλεάτισσα, πόλιν εὐτείχεα πέρσας,

" Myrmidonum, ſi fortè quid luminis Danais fiam.
" Da autem mihi humeris tua arma ut induam;
" Si fortè, me ob-ſimilitudinem-eſſe-Te credentes, abſtineant à pugnâ
" Trojani, reſpirentque Mavortii filii Achivorum
" Afflicti *jam*: exiguа ſanè reſpiratio in bello, *profuerit*.
" Facilè verò integri defeſſos viros prœlio
" Repulerimus ad urbem, à navibus & tentoriis.
Sic dixit ſupplicans, valdè demens: certè enim erat
Sibi ipſi mortemque malam, & fatum rogaturus.
Illum autem gravitèr gemens allocutus eſt pedibus velox Achilles;
" Hei mihi, nobiliſſime Patrocle, quod dixeris:
" Neque vaticinium ullum vereor, quod audiverim;
" Neque quidquam mihi à Jove dixit veneranda mater:
" Sed hic gravis dolor cor & animum occupat,
" Quando æqualem quis voluerit privare portione-ſuâ,
" Et præmium rursùs auferre *is*, qui potentiâ antecellat:
" Gravis dolor hic mihi eſt, quandoquidem *inde* paſſus ſum mœrores animo.
" Puellam, quam quidem mihi præmium elegerant filii Achivorum,
" Haſtâque meâ quæſiveram, urbe benè-munitâ eversâ;

Ver. 43.—ὀλίγη δέ τ'.] Vertit *Barneſius*, aliique; " *exiguáque fiat*——." Sententiâ non prorsùs incommodâ. Sed minùs videbitur ταυτολόγον, multóque majus inerit πάθος, ſi vertas: " *Vel exiguum ſanè reſpirandi ſpa-* " *tium in bello, non erit inutile.*" Quod & *Barneſium* non fugerat ſuprà, λ', 800.

Ver. 50. Οὔτε θεοπροπίης——, Οὔτε τί μοι πὰρ Διὸς.] Nempe, nihil *novi*, nihil quod ipſum *terreſaceret*, nihil quod *non jamdudùm probè nôſſet* Patroclus. Nam alioqui fatum ſuum ſibi à Jove nunciaverat Thetis, *i*, 410. Ut rectè notavit *Barneſius*.

Ver. 53. Ὁππότε δὴ.] Vide ſuprà ad ξ, 433.

Ver. 56.——ἄρα.] *Ut nôſti*,——.

Ibid.—ἔξελον.] Ὡς ἐξαίρετον ἐδωκαν. *Schol.*

Ver. 57.—πόλιν εὐτείχεα πέρσας.] Quâ ratione, πόλιν, hîc ultimam producat; item πες, *ver.* 60; & δὲ, *ver.* 67; & πόλις, *ver.* 69;

Τὴν ἂψ ἐκ χειρῶν ἕλεο χρειῶν Ἀγαμέμνων
Ἀτρείδης, ὥσεί τιν' ἀτίμητον μελανάϛην.
Ἀλλὰ τὰ μὲν προλετύχθαι ἐάσομεν· ἠδ' ἄρα περ ἦν
Ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρέσιν· ἦτοι ἔφην γε
Οὐ πρὶν μηνιθμὸν καταπαυσέμεν, ἀλλ' ὁπόταν δὴ
Νῆας ἐμὰς ἀφίκηται αὐτή τε, πτόλεμός τε.
Τύνη δ' ὤμοιϊν μὲν ἐμὰ κλυτὰ τεύχεα δῦθι,
Ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι φιλοπτολέμοισι μάχεσθαι,
Εἰ δὴ κυάνεον Τρώων νέφος ἀμφιβέβηκε
Νηυσὶν ἐπικρατέως· οἱ δὲ ῥηϊμῖνι θαλάσσης
Κεκλίαται, χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες,
Ἀργεῖοι· Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκε,
Θάρσυνος· οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
Ἐγγύθι λαμπομένης· τάχα κεν φεύγοντες, ἐναύλους
Πλήσειαν νεκύων, εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων

" Hanc rursùs è manibus eripuit rex Agamemnon
" Atrides, tanquam ab aliquo honorum-exorte inquilino.
" Sed hæc quidem antè-acta-esse sinamus: neque enim fas erat
" Perpetuò iratum esse animo: At statueram sanè,
" Non priùs iram *me* cohibiturum, quàm cùm jam
" Ad naves meas perveniſſet clamórque, pugnáque.
" Tu tamen humeris quidem mea inclyta arma indue,
" Et Dux esto Myrmidonibus bellicosis ad pugnam;
" Siquidem nigra Trojanorum nubes circumdedit
" Naves prævalidè: at littore maris
" Concluſi sunt, loci parvam deinceps portionem habentes,
" Argivi: Trojanorum autem civitas tota ingruit,
" Fiduciæ-plena: Non enim meæ galeæ vident frontem
" Propè splendentis: Citò certè fugientes fossas-campestres
" Implevissent cadaveribus, si in me rex Agamemnon

69; vide suprà ad ά, 51. Cæterùm Codices omnes à *Th. Bentleio* collati, habent πόλιν εὐτείχεον πέρσας· ut pronuncietur scilicèt εὐτείχην. Atque alibi semper adhibet *Homerus*, εὐτείχεον.

Ver. 60.—ἐάσομεν.] Ineptè hîc *Barnesius*, ἐάσσομεν. Vide suprà ad δ', 42.

Ibid.——ἄρα περ ἦν.] *Al.* ἄρα πως ἦν.

Ver. 62.—ὁπόταν δὴ.] *Quandò demùm*—.

Ver. 66. Εἰ δὴ.] *Al.* Ἦ δὴ———, *quâ parte*———.

Ibid.——ἀμφιβέβηκε——, κεκλίαται——, βέβηκε.] Vide suprà ad ν', 736; & ad ά, 37.

Ver. 67.——οἱ δὲ ῥηϊμῖνι θαλάσσης.]

Ecce, maris magno claudit nos obice pontus;
Deest jam terra fugæ.———
Æn. X. 377.

Ver. 70. Θάρσυνος.] A θαρσῦνω, θάρσυνος eâdem analogiâ, atque à μαρτύρομαι, μάρτυρος· à νίφω, νίφετός· à κρίνω, κρίτος· similiáque innumera. In quibus nullus unquam est licentiæ locus. Vide suprà ad ά, 338.

Ibid.——οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον.] Ἀδικεμένῳ τῷ πολίτῃ δέδοται τὸ λέγειν τι περὶ ἑαυτῦ πρὸς τὸν ἀγνωμονοῦντας· ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς, ἄλλως μὲν ὑφίεῖο τῷ Διΐῳ τῆς δόξης, ᾗ μέτρια ἦν, λέγων,——" αἴ κέ " ποθι Ζεὺς δῶσι——." ὑβρισθεὶς δὲ παρ' ἀξίαν ᾗ προπηλακισθεὶς, ἐφίησι τὴν μεγαλαυχίαν τῇ ὀργῇ·——" οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος " λεύσσουσι μέτωπον Ἐγγύθι λαμπομένης." Δέχεται γὰρ ἡ παῤῥησία, μέρος ὂσα τῆς δικαιολογίας, τὴν μεγαληγορίαν. *Plutarch. de sui laude.*

Ver. 71.—φεύγοντες, ἐναύλους Πλήσειαν νεκύων.] Τὰς διὰ γενῦ ῥέοντας πολεμὺς, διώρυχας· Διὰ δὲ τύτυ προκαλασκευάζει ὁ Ποιητὴς τὴν παρὰ τῷ πολεμῷ μάχην, τὴν ἐν τῇ φ'. *Scholi.*

Ver.

Ἤπια εἰδείη· νῦν δὲ κρατὸν ἀμφιμάχονται.
Οὐ γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος ἐν παλάμῃσι
Μαίνεται ἔγχείη, Δαναῶν ἄπο λοιγὸν ἀμῦναι·
Οὐδέ πω Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον αὐδήσαντος,
Ἐχθροῦ ἐκ κεφαλῆς· ἀλλ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο,
Τρωσὶ κελευόντος, περιάγνυνται· οἱ δ' ἀλαλητῷ
Πᾶν πεδίον κατέχουσι, μάχῃ νικῶντες Ἀχαιούς.
Ἀλλά κε ὦς, Πάτροκλε, νεῶν ἄπο λοιγὸν ἀμύνων
Ἔμπεσ' ἐπικρατέως, μὴ δὴ πυρὸς αἰθομένοιο
Νῆας ἐνιπρήσωσι, φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται.
Πείθεο δ', ὥς τοι ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω,
Ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην κε κῦδος ἄροιο
Πρὸς πάντων Δαναῶν· ἀτὰρ οἱ περικαλλέα κούρην
Ἄψ ἀπονάσσωσιν, προτὶ δ' ἀγλαὰ δῶρα πόρωσιν.
Ἐκ νηῶν ἐλάσας, ἴέναι πάλιν· εἰ δέ κεν αὖ τοι
Δώῃ κῦδος ἀρέσθαι ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης,
Μὴ σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν

" Leni animo fuiſſet; nunc verò exercitum occluſum oppugnant.
" Non enim Tydidæ Diomedis in manibus
" Furit haſta, à Danais mortem ut arcere poſſit;
" Neque dum Atridæ vocem audivi clamantis,
" Inimico ex capite; ſed Hectoris homicidæ vox,
" Trojanos adhortantis, reſonat: illi autem cum clamore
" Totum campum obtinent prœlio vincentes Achivos.
" Sed & ſic, Patrocle, à navibus peſtem propulſans
" Irrue ſtrenuè; nè jam igne ardenti
" Naves incendant, dulcémque reditum præcidant.
" Pareto autem, ſicut tibi ego ſermonis ſummam in animo poſuero;
" Quò mihi honorem magnum & gloriam referas
" Ab omnibus Danais; & illi perpulchram puellam
" Abductam reddant, inſupérque ſplendida dona præbeant.
" A navibus ubi hoſtem repuleris, revertere: Quòd ſi tibi
" Dederit gloriam conſequi altitonans maritus Junonis,
" Nè tu ſine me ſis cupidus pugnandi

Ver. 77. Ἐχθροῦ ἐκ κεφαλῆς.] Infandum caput——— *Æn.* IV. 613.

Ibid.—Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.] *Homicidam Hectorem* dixit *Horatius*, Epod. 17. At *vim* græcæ vocis vix aſſecutus videtur ſermo Romanus. Vide *Mureti Var. Lect. lib.* 3. *cap.* 19.

Ver. 78.——περιάγνυνται.] Vide ſuprà ad γ', 260.

Ver. 81.—μὴ δὴ.] *Nè reverà*——. Vide ſuprà ad ξ', 433.

Ver. 83. Πείθεο δ'.] Ante hunc verſiculum, inſeruit ex conjecturâ *Barneſius* alterum iſtum à *Laërtio* in vitâ *Diogenis* memoratum, qui tamen huc in loco haud ſatis aptè convenit,

Τὰς ἄλλας ἰνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχυε χεῖρας.

Nempè ἐρανὸν ποιεῖ αἰτούμενον *Diogenes*, ita παροιμίαν reſpondit,

Τὰς ἄλλας ἐράνιζ', ἀπὸ Διὸς ἴσχυε χεῖρας.

Ita nimirùm apud *Laërtium* ſcriptum oportuit, non δ' Ἕκτορος, ſed Διὸς.

Ver. 84.——ἄροιο.] *Al.* ἄρηαι.

Ver. 85.——περικαλλέα.] In hujuſmodi vocabulis omnibus analogiam *Genitivi* ſemper ſequitur *Accuſativus*;———εως,——εα.———κος,——εα. Vide ſuprà ad ά, 265; & ad ν', 46.

Ver.

Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν· ἀτιμότερον δέ με θήσεις.
Μηδ' ἐπαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι,
Τρῶας ἐναιρόμενος, πρὸς Ἴλιον ἡγεμονεύειν·
Μή τις ἀπ' Οὐλύμποιο θεῶν αἰειγενετάων
Ἐμβήῃ· μάλα τὸς γε φιλεῖ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἀλλὰ πάλιν τρωπᾶσθαι, ἐπὴν φάος ἐν νήεσσι
Θείης, τύσδε δ' ἐᾶν πεδίον καταδηριάασθαι.
Αἰ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Μήτε τις ἔν Τρώων θάνατον φύγοι, ὅσσοι ἔασι,
Μήτε τις Ἀργείων· νῶϊν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον·
Ὄφρ' οἷοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύσιμεν.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Αἴας δ' ὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσι·

90 " Cum Trojanis bellicosis; inhonoratiorem quippe me reddes,
" Neve exultans prælio & pugnâ,
" Trojanos occidens, ad Ilium usque *tuos milites* ducas:
" Nequis ab Olympo deorum sempiternorum *adversus te*
" Descendat: valde hos utique diligit longè-jaculans Apollo;
95 " Sed revertaris, postquam salutem navibus
" Dederis, illosque fine per campum prælio-certare.
" Utinam enim, Jupiterque pater, & Minerva, & Apollo,
" Neu quis Trojanorum mortem effugiat, quàm multi sunt,
" Neve quis Argivorum; nobis verò duobus effugere perniciem *contingat*;
100 " Ut soli Trojæ sacra mœnia diruamus.
Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Ajax verò non ampliùs permanebat; obruebatur enim telis

Ver. 91.——πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι.] Vide suprà ad ή, 232, 279.

Ver. 94. Ἐμβήῃ.] Ἐμπεδίῃ· ἐναντιωθῇ *Coi. Schol.* inedita, in Cod. *Harleiano.*

Ver. 96. Θείης, τύσδε δ' ἐᾶν.] *Al.* Θοὴς, τύσδε τ' ἐᾶν.

Ver. 97. Αἰ γὰρ—Μήτε τις ἔν Τρώων—. Μήτε τις Ἀργείων.] Fuerunt, notante *Eustathio*, qui quatuor hosce versiculos rejicerent, διὰ τὸ ἀδύναλον, καὶ τὸ τῦ ἤθους φθονερόν. Sed nequaquam idoneæ hæ rationes. Nam, de *Moribus*, semper exhibet Heroëm suum Poëta, non qualis esse debuerit, sed qualem famâ accepisset: Vide suprà ad ε, 2. *Hyperbolen* autem quod attinet; non prorsùs absimile est, quod & *Diomedes* alibi jactabat:

Θευγδίλων ζὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Νῶϊ δ', ἐγὼ Σθένελός τε μαχησόμεθ', εἰσόκε τέκμωρ
Ἴλιον εὕρωμεν.——ι, 47.

Nec tam *insultus* hîc, quod voluerunt nonnulli, depingitur *Achilles*, ut, postquam Achivi Trojanique ad internecionem cæsi fuerint omnes, victoriam se ab hoste tum, quum superstes sit nullus, reportaturum oportet; sed ut, in prælio & obsidione occisis utrinque omnibus, ipse unus, cum amico suo *Patroclo*, Trojæ eversæ superfit.

Ver. 98.——ἔν.] *Eas ob causas, quas tibi memoravi;*——.

Ver. 99.——νῶϊν δ' ἐκδῦμεν.] *Al.* νῶϊ δ' ἐκδῦμεν· ut sit contractum videlicet ex ἐκδύομεν. Notante *Eustathio.*

Ver. 100.——λύσιμεν.] *Al.* λύσομεν.

Ver. 102. Αἴας δ' ὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ——.] Conjuncta sunt hæc cum præcedentibus in superiore libro; ό, 727 & 745.

Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantùm,
Nec dextrâ valet: injectis sic undique telis
Obruitur. Strepit assiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.
Discussæque jubæ capiti; nec sufficit umbo
Ictibus: ingeminant hastîs & Troës——.
Æn. IX. 806.

Ver.

Δάμνα μιν Ζηνός τε νόος, καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ,
Βάλλοντες· δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
Πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε· βάλλετο δ' αἰεὶ
Καπφάλαρ' εὐποίηθ'· ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν,
Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων ζάκος αἰόλον· οὐδὲ δύναντο
Ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, ἐρείδοντες βελέεσσιν·
Αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθμαλι· καδδέ οἱ ἱδρὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔρρεεν, οὐδέ πη εἶχεν
Ἀμπνεῦσαι· πάντη δὲ κακὸν κακῷ ἐκρίκτο.
Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ἕκτωρ Αἴαντος δόρυ μείλινον ἄγχι παραστὰς
Πλῆξ' ἄορι μεγάλῳ, αἰχμῆς παρὰ καυλὸν ὄπισθεν·
Ἀντικρὺ δ' ἀπάραξε· τὸ μὲν Τελαμώνιος Αἴας
Πῆλ' αὖτως ἐν χειρὶ κολὸν δόρυ· τῆλε δ' ἀπ' αὐτῆς

Domabat eum *nempè* Jovisque consilium & Trojani feroces,
Jaculantes: terribilem autem circa tempora fulgens
Galea percussa sonitum edebat: Percutiebatur quippe assiduè
Ad clavos-cassidis affabrè-factos: Ille verò sinistro humero delassabatur,
Firmitèr usque tenendo scutum versatile: neque-tamen poterant
Undique illum loco-movere, urgentes telis:
Jugiter autem gravi tenebatur anhelitu; eique sudor
Undique ex membris multus defluebat, neque omninò poterat
Respirare; ex-omni-parte enim malo opprimebatur.
Dicite nunc mihi, Musæ, cœlestes domos tenentes,
Quomodo primò ignis inciderit navibus Achivorum.
Hector Ajacis hastam fraxineam propè astans
Percussit ense magno, cuspidis ad commissuram cum-ligno retrò;
Penitúsque amputavit: *Ac tum* quidem Telamonius Ajax
Vibrabat frustrà in manu mutilum hastile; procul autem ab ipso

Ver. 105.——καναχὴν.] Vide suprà ad δ', 455.

Ver. 106. Καπφάλαρ'.] Κατὰ τὰ φάλαρα. Sic, ἀμβωμοῖσι, δ', 441, ἀμφόνου, ἀννέκυας, κ', 298, καδδὲ, infrà, *ver.* 109, & καλλαπάρην, in multis codicibus, ξ', 447, 517.

Ibid.——ἔκαμνεν.] *Al.* ἔκαμψεν· Minùs rectè. Vide suprà ad ν', 84.

Ver. 107.——αἰόλον.] *Schol. Vulgg.* ποικίλον. Minùs rectè. Vide suprà ad β', 816.

Ver. 108.——βελέεσσιν.] MS. unus apud *Barnesium*; τελέεσσιν, turmis: Sicuti in ή, 380.

Ver. 109.—ἔχετ' ἄσθμαλι, καδδὲ οἱ ἱδρώς.]
——tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit; sudor fluit undique rivis. *Æn.* V. 199.
——tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit; fessos quatit æger anhelitus artus. *Æn.* IX. 812.

Ver. 110.——οὐδέ πη.] *Al.* οὐδέ πω.

Ver. 111.—κακὸν κακῷ.] *Al.* κακῷ κακόν.

Ver. 112. Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι.] Vide suprà ad β', 484 & 681.

Ver. 113. Ὅππως δὴ.] *Quomodo utique*—. Refertur nimirùm ad id quod præcessit, ή, 718. Vide autem & suprà ad ξ', 433.

Ver. 114. Ἕκτωρ Αἴαντος.] Ita edidit *Barnesius* ex MS. Rectè, ut mihi quidem videtur. *Vulgg.* Ἕκτωρ δ' Αἴαντος——. Quod hoc in loco languidulum est.

Ver. 115.—ἄορι μεγάλῳ.] Quâ ratione, ἄορι, hîc ultimam producat; item, ἀντικρὺ, *ver.* 116; Vide suprà ad ά, 51.

Ver. 117.——χειρὶ.] *Al.* χερσί.

Ver.

Αἰχμὴ χαλκείη χαμάδις βόμβησε θεσσῦσα.
Γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα, ῥίγησέν τε
Ἔργα θεῶν, ὅ ῥα πάσχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βέλεσο νίκην.
Χάζεσο δ' ἐκ βελέων· τοὶ δ' ἔμβαλον ἀκάμαντον πῦρ
Νηῒ θοῇ· τῆς δ' αἶψα κατ' ἀσβέσῃ κέχυτο φλόξ.
Ὣς τὴν μὲν πρύμνην πῦρ ἄμφεπεν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Μηρὼ πληξάμενος Πατροκλῆα προσέειπεν·
Ὄρσεο, διογενὲς Πατρόκλεις, ἱπποκέλευθε·
Λεύσσω δὴ παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἐρωήν.
Μὴ δὴ νῆας ἕλωσι, κὴ οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται·
Δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω.
Ὣς φάτο· Πάτροκλος δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ·

Cuſpis ærea humi reſonuit cadens.
Agnovit verò Ajax animo egregio, exhorruitque
Opera deorum: quòd penitùs belli conſilia præcidat
Jupiter altitonans; Trojaniſque *tum* vellet victoriam.
Receſſit itaque extra tela: Illi verò injecerunt indefeſſum ignem
Navi veloci: per hanc autem ſtatim inextinguibilis diffuſa eſt flamma.
Sic quidem puppim ignis circumdedit: At Achilles
Femora percutiens, Patroclum allocutus eſt;
" Propera, nobiliſſime Patrocle, eques:
" Video utique apud naves ignis hoſtilis impetum:
" Nè jam naves capiant, & non poſthàc facultas fugiendi ſit;
" Indue arma ocyùs, ego autem copias congregabo.
Sic dixit: Patroclus autem armabat ſe coruſco ære:

Ver. 118.——βόμβησε.] Vide ſuprà ad γ, 445.

Ver. 120.——ὅ ῥα.] *Quòd ſcilicèt*——.

Ibid.——κείρει——βέλεσο.] Notandum quàm elegantèr hîc conſtet *Temporum* ratio. Et *ſemper* ſuo arbitrio conſilia *regit* omnia, & *jam tum* hoc volebat, ut &c.

Ver. 122. Χάζεσο δ'——.] Vide infrà ad *ver.* 126.

Ibid.—ἀκάμαντον.] Vide ſuprà ad ά, 398.

Ver. 123.—αἶψα κατ' ἀσβέσῃ.] *Al.* αἶψ' ἀκαλασβέσῃ. Quod idem eſt. *Al.* αἶψα κατασβέσῃ· peſſimè.

Ver. 125. Μηρὼ πληξάμενος.] Notandus hîc primigenius & maximè proprius *Vocis Mediæ* uſus: *Sua ſibi percutiens femora.* Vide ſuprà ad γ', 141. Cod. *Harleian.* à *Th. Bentleio* collatus, habet; μηρά.

Ver. 126. Ὄρσεο, διογενὲς Πατρόκλεις—.] Quæ hîc, & in ſequentibus, de *Patroclo*; quæque jam ſuprà, *ver.* 122, 123, de *Ajace* dicta ſunt; optimè expreſſit *Ovidius*:

Reppulit Actorides, ſub imagine tutus Achillis,
Troas ab arſuris cum Defenſore carinis.
Metam. XIII. 273.

Ubi vulgò iſtud, " *cum Defenſore*," Trojam videlicet Defenſorem *Hectorem*, lautiſſimè intelligunt. Quod meritò ridens Vir eruditiſſimus *Richardus Bentleius*, (in *Præfatione ad editionem alteram Diſſertationis ſuæ de Phalaridis epiſtolis*,) ipſe iſtud, " *cum* " *Defenſore*," navium videlicèt Defenſorem interpretatur *Exercitum Achivorum univerſum.* Sententiâ nequaquam quidem aut ineptâ aut inconcinnâ. Attamen ex ore *Ulyſſis* adverſus *Ajacem* perorantis, multò id ſalſiùs atque etiam acerbiùs dictum audiit *Ajax*; naves videlicèt, " *unà cum TE De-* " *fenſore*," jamjam arſuras. Id quod primus, quod ſciam, obſervavit Vir acutiſſimus *Sam. Hoadleius.*

Ver. 127 & 128.——δὴ.] *Reverà*; *omninò*; *prorsùs.*

Ver. 128. Μὴ——ἕλωσι.] Pro eo, quo pacto interpungatur ſententia; conjungi poteſt hoc, vel cum ſequente Δύσεο, vel cum præcedente Ὄρσεο.

Ibid.——φυκτὰ.] *Barneſius* edidit & ſcribendum contendit, φευκτὰ· Sed rationibus haud ſatis idoneis. Vide ſuprà ad ζ', 488.

Ver. 129. Δύσεο.] Ita *Barneſius*; Atque ita Cod. *Harleianus*; Rectè. *Vulgg.* Δύσεο. Vide ſuprà ad γ', 241.

Ver. 130.——κορύσσετο——Κνημῖδας——, Θώρηκα——· ξίφος.]

Cingitur

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἁραρυίας·
Δεύτερον αὖ, θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
Ποικίλον, ἀστερόεντα, ποδώκεος Αἰακίδαο·
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
Χάλκεον· αὐταὶρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε·
Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὐτυκτον ἔθηκεν,
Ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
Εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τά οἱ παλάμῃφιν ἀρήρει·
Ἔγχος δ' οὔχ ἕλετ' οἷον ἀμύμονος Αἰακίδαο,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δυνάτ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἷος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς·
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.
Ἵππους δ' Αὐτομέδοντα θοῶς ζευγνύμεν' ἄνωγε,

Ocreas quidem primùm circa tibias posuit
Pulchras, argenteis fibulis aptè-junctas;
Deinde thoracem circa pectora induebat,
Varium, stellatum, pedibus-velocis Æacidæ:
Circa humeros autem suspendit ensem argenteis-clavis distinctum,
Æreum, ac deinde scutum magnúmque solidúmque:
Capiti verò forti galeam affabrè-factam imposuit,
Setis-equinis-comantem; horrendúmque crista desuper nutabat.
Sumpsit porrò validas hastas, quæ ejus manibus quadrabant:
Hastam verò non sumpsit unicam eximii Æacidæ,
Gravem, magnam, validam; quam quidem non potuit alius Achivorum
Vibrare; sed ipsam solus nôrat vibrare Achilles;
Utique Peliacam fraxinum, quam patri ejus dederat Chiron
Pelii ex vertice *cæsam*, cædem futuram heroïbus.
Equos autem Automedontem confestim jungere jussit;

Cingitur ipse furens certatim in prœlia Turnus.
Jamque adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro,
——laterique accinxerat ensem.
Fulgebatque altâ decurrens aureus arce;
Exultatque animis, & spe jam præcipit hostem. *Æn.* XI. 486.

Ibid.——νώροπι χαλκῷ.] Vide suprà ad β', 578.

Ver. 132. Καλὰς.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 134.——ἀστερόεντα.] Ἄστρῳ ἐοικότα, λαμπρόν· ἢ, ἀστέρας ἐμπεποικιλμένους ἔχοντα. *Eustath. & Schol.*

Ibid.—ποδώκεος.] Vide suprà ad ά, 58.

Ver. 135.——βάλετο.] Vide suprà ad *ver.* 125.

Ver. 138. Ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος.]

Ære caput fulgens, cristâque hirsutus equinâ. *Æn.* X. 869.

Ibid.——ἔνευεν.] Vide suprà ad ν', 84.

Ver. 139.——ἄλκιμα δοῦρα.] Cod. *Harleian*, ἄλκιμα δοῦρε.

——validam hastam.——
Æn. X. 401.

Ibid.——ἀρήρει.] Vide suprà ad δ', 492.

Ver. 143. Πηλιάδα μελίην.] Quâ ratione, Πηλιάδα, hîc ultimam producat item Ἀχιλλῆα, *ver.* 146; & παρὰ, *ver.* 151; & Διΐ, *ver.* 169; vide suprà ad ά, 51.

Ibid.——τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων] *Al.* τὴν ὤρεσιν ἔκλαμε Χείρων. *Al.* τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων.

Ver. 145.——ζευγνύμεν'.] Ex τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι· fit τιθέναι, ἱστάναι, διδόναι, ζευγνύναι. Neque in his ullus unquam est licentiæ locus, ut litera ν geminetur. Ex τιθέναι fit & τιθέμεναι & τιθήμεναι. Unde

Τὸν μέτ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα τῖε μάλιστα·
Πιστότατος δέ οἱ ἔσκε μάχῃ ἔνι μεῖναι ὁμοκλήν.
Τῷδε γὲ Αὐτομέδων ὕπαλε ζυγὸν ὠκέας ἵππους
Ξάνθον καὶ Βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην·
Τὰς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη,
Βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο.
Ἐν δὲ παρηορίῃσιν ἀμύμονα Πήδασον ἧεν,
Τὸν ῥά ποτ' Ἠετίωνος ἑλὼν πόλιν ἤγαγ' Ἀχιλλεύς·
Ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν, ἕπετ' ἵπποις ἀθανάτοισι.
Μυρμιδόνας δ' ἀρ' ἐποιχόμενος θώρηξεν Ἀχιλλεὺς,
Πάντας ἀνὰ κλισίας ζὺν τεύχεσιν· οἱ δὲ, λύκοι ὡς
Ὠμοφάγοι, τοῖσίν τε παρὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκὴ,
Οἵτ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν ὄρεσι δηώσαντες
Δάπτουσιν· πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν·

Quem, poſt Achillem hoſtium-agmina-perrumpentem, honorabat maximè:
Fideliſſimus enim ei erat in pugnâ, ad ſuſtinendum hoſtium-impetum.
Itaque Automedon junxit ſub jugum veloces equos,
Xanthum & Balium, qui curſu-ventis-æquo volabant:
Hos peperit Zephyro vento Harpyia Podarge,
Paſcens *in* prato juxta fluentum oceani.
Loro autem exteriore eximium Pedaſum junxit,
Quem quondam Eëtionis captâ urbe abduxit Achilles;
Qui *equus* licèt mortalis exiſtens, ſimul ibat-cum equis immortalibus.
Myrmidonas autem obiens armabat Achilles,
Omnes per tentoria cum armis: Illi verò, lupi tanquam
Carnivori, quibus in præcordiis immenſum robur,
Qui cervum cornutum magnum *in* montibus interfectum
Laniantes-vorant; omnibuſque maxilla ſanguine *fit* rubra;

de fieri poteſt, ut ex ζευξιοῦναι, pari analogiâ, formetur tum ζευξιοῦμεναι, tum ζευξιοῦμενοι. Veruntamen, quoniam ζευξιοῦμεναι nuſquam alibi occurrit, nec ζευξιοῦμμενοι uſquam ſcriptum reperiatur; edidit hoc in loco *Barneſius* ζευξιοῦμεν, tanquam contractum ex ζευξιούεμεν, quod erit ex ζευξιούειν.

Ibid.——ἄνωξε.] Non ex præterito (quod vocant) ἄνωξα, ſed ex Aoriſto ἄνωξον. Vide ſuprà ad Φ', 322.

Ver. 149.——ἅμα πνοιῇσι πετέσθην.]
——curſuque pedum prævertere ventos.
Æn. VII. 807.
——anteirent curſibus auras.
Æn. XII. 84.

Ver. 151.——παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο.]
——Oceani——amnes——.
Georgic. IV. 223.

Alii habent, παρὰ ῥόον Ἠριδανοῖο.

Ver. 152. Ἐν δὲ παρηορίῃσιν.] Nempè ut Tertius eſſet à *latere* junctus, extra τὴν ξυνωρίδα, extra binos τὰς ζυνόρυς.

Ibid.——ἧεν.] Vide ſuprà ad ὁ, 24.

Ver. 154.——θνητὸς——ἀθανάτοισι.] Ξάνθον καὶ Βαλίον——ἄῤῥενας εἶναι, ὑ μὲν ἐντομίας——δηλοῖ, δυναμένης——τῇ διαδοχῇ ὥσπερ ἀθανατίζεσθαι. Ὁ μέντοι Πήδασος, ἔοικεν ἐκλελοιπέναι, καὶ διὰ τοῦτο θνητὸς λέγεται. *Euſtath.* Obſervatione, ut mihi quidem videtur, ſubtiliori & evanidâ. Simpliciùs dicas; *Pedaſum* θνητὸν, quippe paulò pòſt *interfectum*; alteros ἀθανάτους, quia bella ſupereſſent.

Ver. 156.——οἱ δὲ, λύκοι ὡς.]
——Inde, lupi ceu
Raptores, atrâ in nebulâ, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant ficcis.——
Æn. II. 355.

Ver. 157, 158.——τοῖσίν τε——, οἵ τ'.] *Quibus ſcilicèt*; *Qui utique*——.

Ver. 159. Δάπτουσιν· πᾶσιν——.] *Schol.* Δάπτουσι· πᾶσιν——. Quod & auribus magis placet.

Καί τ' ἀγεληδὸν ἴασιν, ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ
Ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματι· ἐν δέ γε θυμὸς
Στήθεσιν ἄτρομός ἐστι, περισσέλαι δέ τε γαστήρ·
Τοῖοι Μυρμιδόνων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες,
Ἀμφ' ἀγαθὸν θεράποντα ποδώκεα Αἰακίδαο
Ῥῶντ'· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν ἀρήϊος ἵστατ' Ἀχιλλεύς,
Ὀτρύνων ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.
Πεντήκοντ' ἦσαν νῆες θοαὶ, ἦσιν Ἀχιλλεὺς
Ἐς Τροίην ἡγεῖτο Διῒ φίλος· ἐν δὲ ἑκάστῃ
Πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες ἐπὶ κληῖσιν ἑταῖροι·
Πέντε δ' ἄρ' ἡγεμόνας ποιήσατο, τοῖς ἐπεποίθει,
Σημαίνειν· αὐτὸς δὲ μέγα κρατέων ἤνασσε.
Τῆς μὲν ἰῆς σιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,

Túmque gregatim vadunt, è fonte aquis-nigro
Hausturi linguis tenuibus nigram aquam
Summam, eructantes glutitum ſanguinem; animus verò
Pectoribus intrepidus ineſt, diſtenditúrque venter:
Tales Myrmidonum ductores, atque principes,
Circum ſtrenuum famulum velocis Æacidæ
Magnis-ibant-animis: inter eos autem Mavortius ſtabat Achilles,
Adhortationibus-urgens equóſque & viros clypeatos.
Quinquaginta erant naves veloces, quibus Achilles
Ad Trojam copias-duxerat Jovi charus: in ſingulis autem
Quinquaginta erant viri ad tranſtra ſocii:
Quinque autem duces fecerat, quibus confiſus eſt,
Qui præeſſent; ipſe verò ſummam tenens-poteſtatem imperabat.
Unius quidem agminis dux erat Meneſthius vario-thorace ornatus,

Ver. 160.——ἀγεληδὸν ἴασιν, ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Λάψοντες.] Editi recentiores, quos viderim, peſſimè interpunxerunt; ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου, Λάψοντες.

Ibid.—ἀγεληδὸν.] Τὸ δὲ ἀγεληδὸν, ἰδιότητα λύκων ἱστορεῖ· ζυγελαστικὸν γὰρ καὶ αὐτοὶ ζῶον· καὶ ὅ, κατὰ λέοντας καὶ παρδάλεις, ἐρημάζει μονάζοντα. *Euſtath.*

Ver. 161. Λάψοντες——ὕδωρ Ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματι.] Scholiaſtes apud *Barneſium*, legit Λάψοντες——ὕδωρ, Ἄκρον ἐρευγόμενοι φόνον αἵματι. Exponitque; ἀπὸ ἄκρου τοῦ στόματος ἐρευγόμενοι——. Meliùs *Euſtathius*: Ἄκρον δὲ λάπτουσιν ὕδωρ, διότι, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ὃ καθιᾶσι τὴν γλῶσσαν εἰς τὸ ὕδωρ, ὡς οἱ βόες· ὑδὲ, κατὰ τοὺς——ἵππους, τὸ ἥμισυ τῆς ὄψεως· ἀλλὰ τῷ ἐπιπολῆς ὕδατος πίνουσιν, ὡσεὶ περ καὶ ἔλειχον.

Ver. 162.—ἐν δέ γε.] Cod. *Harl.* ἐν δέ τε.

Ver. 166.——ἄρα.] *Ut æquum erat; ut ſolitus erat,*——.

Ver. 169.——ἐν δὲ ἑκάστῃ.] *Al.* ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῃ.

Ver. 171.—τοῖς ἐπεποίθει.] Si, τοῖσι πέποιθε, dixiſſet; jam non conſtitiſſet *Temporum* ratio. Vide ſuprà ad ν', 736; ad δ', 492; & ad α, 37.

Ver. 172.—ἤνασσε.] Obſervavit Vir ſummæ eruditionis, *Richardus Bentleius*, vocabula ἄναξ & ἀνάσσειν, quàm *frequenter* apud *Homerum* occurrunt, tamen *haud ferè ullis* in locis ita poſita reperiri, quin antecedat aut Vocalis, aut iſtud ν paragogicum in Nominum Verborúmque fine ſupervacaneum, quod ubique ſine diſpendio dempſeris. Unde meritò colligit, vocabula iſta, in ſermone *Æolico*, præfixo *Digamma*, pronunciata fuiſſe, ϝάναξ & ϝανάσσειν. Quod ſi verum eſt, conſequens erit ut vox ἤνασσε pronunciatum fuerit ἐϝάνασσε· ideóque, (quod notatu digniſſimum eſt,) Verſiculum à voce ἤνασσε vel ἤνασσες vel ἤνασσον incohatum, apud *Homerum* nuſquam reperias.

Ver. 173.——αἰολοθώρηξ.] Schol. Vulgg. ποικίλον θώρακα ἔχων. At Porphyrio, "*thoracem* (*corpus ſuum thorace indutum*) "*agilitèr motans.*" Quæſt. Homeric. 3. Vide ſuprà ad β', 816.

Υἱὸς Σπερχειοῖο, διϊπετέος πολυμοῖο·
Τὸν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ, καλὴ Πολυδώρη,
Σπερχειῷ ἀκάμαντι, γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα·
Αὐτὰρ ἐπίκλησιν Βώρῳ, Περιήρεος υἱεῖ,
Ὅς ῥ' ἀναφανδὸν ὄπυιε, πορὼν ἀπερείσια ἕδνα.
Τῆς δ' ἑτέρης Εὔδωρος ἀρήϊος ἡγεμόνευε
Παρθένιος, τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη,
Φύλαντος θυγάτηρ· τῆς δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης
Ἠράσατ', ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν, μετὰ μελπομένῃσιν,
Ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου, κελαδεινῆς·
Αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷα ἀναβὰς, πάρελέξατο λάθρῃ
Ἑρμείας ἀκάκητα· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὸν υἱὸν
Εὔδωρον, περὶ μὲν θείειν τάχυν, ἠδὲ μαχητήν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε μοιροκόος Εἰλείθυια
Ἐξάγαγε προφόωσδε, καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγὰς,

Filius Sperchii, à-Jove-fluentis fluvii;
Quem peperit Pelei filia, pulchra Polydora,
Revera Sperchio indefesso, mulier deo concubitu-mista;
Sed, nomine-tenus, Boro, Perieris filio,
Qui palàm *eam* uxorem duxerat, datis immensis sponsalibus.
Agminis autem secundi Eudorus Mavortius dux erat,
Clàm-susceptus, quem peperit choreis-ducendis-inclyta Polymela,
Phylantis filia: Hanc *nempè* potens Argicîda
Adamavit, oculis conspicatus, inter tripudiantes-cum-cantu,
In choro Dianæ aureo-arcu-insignis, tumultuum-venaticorum-amantis;
Statim verò in superiora-domûs ascendens, concubuit *cum eâ* clàm
Mercurius pacificus; peperitque *hæc* ei illustrem filium
Eudorum, egregium & cursûs-celeritate, & pugnâ.
Porrò, postquàm hunc partuum præses Ilithyia
Eduxisset in lucem, & solis vidit jubar;

Ver. 174.—διϊπετέος.] Vocabulum hoc, cùm sit ex *duobus* compositum, secundam producit eâdem ferè ratione, ac Διΐ, *ver.* 169 suprà. Similiter ut παριππῶν, & παριππεύσα, ζ', 62 & 337: & ὁ, 404.

Ver. 175 & 180.—καλὴ.] Vide suprà ad β', 43.

Ver. 176.——γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.]

——quem Rhea sacerdos
Furtivum partu sub luminis edidit auras,
Mixta Deo mulier.— *Æn.* VII. 659.

Ver. 177.——ἐπίκλησιν Βώρῳ.] Refertur istud, ἐπίκλησιν, non ad Σπερχειῷ, ut nonnulli ineptè existimârunt, sed ad τέκε. Non, Σπερχειῷ. ἐπίκλησιν Βώρῳ· Sed υἱὸν τέκε, κατ' ἐπίκλησιν, Βώρῳ· revera, Σπερχειῷ· Quod & eruditam Dominam *Dacier* non fugit.

Ver. 178.—ἀπερείσια ἕδνα.] *Al.* ἀπερεισί' ἔδνα.

Ver. 182.——Ἠράσατ'.] Non ab ἐράω, (tum enim syllabam mediam necessariò producere deberet,) sed ab ἐράζομαι vel ἔραμαι. Vide suprà ad ἄ, 67.

Ver. 184.——παρελέξατο.] Vide suprà ad β', 515.

Ver. 185. Ἑρμείας ἀκάκητα.] Ὡς μὴ κακὸν μὲν ὄδὲ ἡ παρ' αὐτῷ δωρεά· *Eustath.* Ὅτι κακὸν μὲν ὄδὲ ἡ παρ' αὐτῷ δωρεά· *Aristid. Orat.* 3. Aliter *Pausanias*; Ἀχαικὸν—πόλιν—Ἀκακήσιον ἐκλιπεῖν Ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Ἀκάκου ἡ Ὁμήρῳ, λόγῳ τῷ Ἀρκάδων, ἐς Ἑρμῆν ἐποίησεν ἐπίκλησιν *lib.* 8. *cap.* 3. Πόλις τέ ἐστιν Ἀκακήσιον, Ἑρμοῦ τε Ἀκακησίου λίθος πεποιημένου ἄγαλμα.—Τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι, ἢ Ἄπαρον τὸν Λυκάονος γενέσθαι οἱ τροφόν, Ἀρκάδων ἐστὶν ἐς αὐτὸν λόγος. *Ibid. cap.* 36. *Eustathius* aliique de hoc vocabulo, ineptè, ut in similibus, τὸ "ἀκάκητα," *Vocativum* pro *Nominativo* positum commenti sunt; sic & "pro *Accusativo*" quoque, si Dis placet, aliquando *Vocativum* poni! Quo nihil fingi

Τὴν μὲν Ἐχεκλῆος κραιπνὸν μένος Ἀκτορίδαο
Ἠγάγετο πρὸς δώματ', ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα·
Τὸν δ' ὁ γερὼν Φύλας εὖ ἔτρεφεν, ἠδ' ἀτίταλλεν,
Ἀμφαγαπαζόμενος, ὡσεί θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα.
Τῆς δὲ τρίτης Πείσανδρος ἀρήϊος ἡγεμόνευε
Μαιμαλίδης, ὃς πᾶσι μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν,
Ἔγχεϊ μάρνασθαι, μετὰ Πηλείωνος ἑταῖρον.
Τῆς δὲ τετάρτης ἦρχε γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ·
Πέμπτης δ' Ἀλκιμέδων, Λαέρκεος υἱὸς ἀμύμων.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντας ἅμ' ἡγεμόνεσσιν Ἀχιλλεὺς
Στῆσεν ἐΰ κρίνας, κραιπνὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε·
Μυρμιδόνες, μήτις μοι ἀπειλάων λελαθέσθω,
Ἃς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἀπειλεῖτε Τρώεσσι,
Πάνθ' ὑπὸ μηνιθμόν· καί μ' ἠτιάασθε ἕκαστοι.
Σχέτλιε, Πηλέος υἱὲ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ·
Νηλεὲς, ὃς παρὰ νηυσὶν ἔχεις ἀέκοντας ἑταίρους·
Οἴκαδέ περ ζὺν νηυσὶ νεώμεθα πόντον ἀλάπτους
Αὖτις· ἐπεί ῥά τοι ὧδε κακὸς χόλος ἔμπεσε θυμῷ.

Illam quidem Echeclei fortis vis Actoridæ
Duxit domum, quùm dediſſet innumera dona ſponſalia;
Hunc autem ſenex Phylas magnâ-cum-curâ nutrivit & educavit,
Vehementi amore-proſequens tanquam ſuus *ipſius* filius foret.
Tertii ab rem *agminis* Piſander Mavortius dux erat
Mæmalides, qui inter omnes excellebat Myrmidonas,
Haſtâ pugnando, poſt Pelidæ ſocium.
Quarto autem præerat ſenex equûm agitator Phœnix:
Quinto demùm Alcimedon, Laërcei filius eximius.
Tum poſtquam omnes cum ducibus Achilles
Poſt eas autem ante-alios efferebant Diomedis maſculi equi
Troïi; neque ita multùm aberant, ſed admodùm propè:
Semper enim currum aſcenſuris ſimiles erant.
380 Flatu verò Eumeli dorſum, latique humeri,
Calefiebant: ſuper ipſum enim capitibus repoſitis volabant.
Et certè vel prævertiſſet, vel dubiam *victoriam* feciſſet,
Niſi Tydei filio iratus fuiſſet Phœbus Apollo,
Qui ei è manibus excuſſit ſcuticam ſplendidam.
385 Ejus verò ex oculis effuſæ ſunt lacrymæ indignantis,
Quòd illas quidem videret jam etiam multò celeriùs euntes,
Sui verò divinitùs affligerentur, ſine ſtimulo currentes.
Nec ſanè Minervam fraude-lædens latuit Apollo
Tydidem, valdè autem celeritèr aſſecuta eſt paſtorem populorum;
390 Et reddidit ei ſcuticam, vimque equis immiſit.
Ipſa verò ad Admeti filium indignata acceſſit,

Ver. 377.——μετιξέφερον.] *Al.* μετ' ἐξέφερον.

Ver. 380. Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον—θέρμετ'.]

——Humeſcunt ſpumis flatuque ſequentum. *Virg. Georg.* III. 111.

Macrobius & hunc locum inter eos citat, in quibus *Virgilius Homerici carminis majeſtatem non æquet.* "*In curuli certamine* (inquit) "*Homerus alterum currum paululùm antecedentem & alterum pænè conjunctim ſequendo quâ luce ſignavit?*" Lib. V. cap. 13.

Ver. 382. Καί νύ κεν ἢ παρέλασσ', ἢ ἀμφήριζον.] Vide infrà ad *ver.* 526.

Ibid.—παρέλασσ' ἢ ἀμφήριζον.] *Al.* παρέλασσ' ἠδ' ἀμφήριζον. Ut infrà *ver.* 526.

Ibid.—ἀμφήριζον.] Τὸν ἀμφοτέρωθεν ἐξισούμενον, ἢ ἀμφισβητήσιμον. *Scbol.*

Ver. 384. Ὃς ῥά.] *Qui ſcilicet*——.

Ver. 385 Τοῖο δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν κύτο δάκρυα χωομένοιο.]

Tum verò exarſit juveni dolor oſſibus ingens;
Nec lacrymis caruêre genæ——.
Æn. V. 172.

Ibid.——κύτο.] *Al.* ζύτο.

Ver. 387. Οἱ δέ οἱ.] *Al.* Οἱ δὲ οἱ, & Οἱ δ' ἑοί.

Ibid.—θέοντες.] *Al.* θέυσαι. Sed minùs rectè; propter præcedentem ἄρσενες ἵπποι *ver.* 377: Uti notavit *Barneſius.*

Ver. 391.—ἐβεβήκει.] Vide ſuprà ad φ', 352; ad ω', 751; & ad ά, 37.

Ver.

Ἵππειον δὲ οἱ ἦξε θεὰ ζυγὸν· αἱ δὲ οἱ ἵπποι
Ἀμφὶς ὁδὸν δραμέτην, ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη.
Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη,
Ἀγκῶνάς τε περιδρύφθη, σόμα τε, ῥῖνάς τε,
Θρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι· τὼ δέ οἱ ὄσσε
Δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχελο φωνή.
Τυδείδης δὲ παραλρέψας ἔχε μώνυχας ἵππους,
Πολλὸν τῶν ἄλλων ἐξάλμενος· ἐν γὰρ Ἀθήνη
Ἵπποις ἧκε μένος, κὴ ἐπ' αὐτῷ κῦδος ἔθηκε.
Τῷ δ' ἄρ' ἔπ', Ἀτρείδης εἶχε ξανθὸς Μενέλαος.
Ἀντίλοχος δ' ἵπποισιν ἐκέκλελο πατρὸς ἑοῖο·
"Εμβηλον, κὴ ζφῶϊ τιλαίνελον ὀτλιτάχισα.
Ἦτοι μὲν κείνοισιν ἐριζέμεν ὔτι κελεύω
Τυδείδεω ἵπποισι δαΐφρονος, οἵσιν Ἀθήνη
Νῦν ὤρεξε τάχος, κὴ ἐπ' αὐτῷ κῦδος ἔθηκεν·
Ἵππους δ' Ἀτρείδαο κιχάνελε, μηδὲ λίπησθον,
Καρπαλίμως, μὴ ζφῶϊν ἐλεγχείην καλαχεύῃ
Αἴθη, θῆλυς ἐοῦσα· τίη λείπεσθε, φέριστοι;
Ὧδε γὰρ ἐξερέω, κὴ μὴν τελελεσμένον ἔσαι·

Equinúmque ei fregit dea jugum: ei adeò equæ
Utrinque extra viam currebant, temóque in terram devolutus eſt,
Ipſe verò è ſellâ juxta rotam provolutus eſt,
Cubitóſque circumcirca laceratus eſt, oſque, naréſque,
Collisáque eſt frons ad ſupercilia: ei autem oculi
Lacrymis impleti ſunt, liquidáque ei hæſit vox.
Tydides verò prævertens dirigebat ſolidos ungulis equos,
Longè præ aliis emicans: Minerva enim
Equis immiſit vim, & ei gloriam impoſuit.
Poſt illum autem Atrides agebat *equos* flavus Menelaus,
Antilochus verò equos adhortabatur patris ſui;
" Incumbite, & vos intendite quàm celerrimè.
" Cum illis quidem contendere haud jubeo
" Tydidæ equis bellicoſi, quibus Minerva
" Nunc præbuit celeritatem, & ipſi gloriam impoſuit:
" Sed equos Atridæ aſſequimini, neque relinquimini,
" Rapidè, nè vobis dedecus offundat
" Æthe, fœmina cùm ſit: Cur deficitis, præſtantiſſimi?
" Sic enim denuncio, & certè perfectum erit:

Ver. 393.——ῥυμὸς.] Τὸ δικῆκον ἀπὸ τοῦ ἅρματος ἕως τοῦ ζυγοῦ ξύλον. *Scbol.*

Ver. 397.——θαλερὴ δέ οἱ ἔσχελο φωνή.] Vide ſuprà ad ε'. 696.

Ver. 398. Τυδείδης δὲ παραλρέψας.]

Radit iter lævum interior, ſubituſque priorem
Præterit—— *Æn.* V. 170.

Ver. 404. Ἦτοι μὲν κείνοισιν ἐριζέμεν ὔτι κελεύω.]

Non jam prima peto Mneſtheus, neque vincere certo.
Quanquam ô! ſed ſuperent, quibus hoc, Neptune, dediſti.
Extremos pudeat rediiſſe: hoc vincite——
Et prohibete nefas—— *Æn.* V. 194.

Ver. 405. Τυδείδεω.] Pronunciabatur Τυδείδω.

Ver. 408.——καλαχεύῃ.] Cod. *Harleian.* καταθείῃ.

Ver.

Οὐ ζφώϊν κομιδὴ παρὰ Νέϛορι ποιμένι λαῶν
Ἔσσεϛαι, αὐτίκα δ' ὔμμε καϛακτενεῖ ὀξέϊ χαλκῷ,
Αἴκ' ἀποκηδήσανϵε φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον·
Ἀλλ' ἐφομαρϵεῖτον, καὶ ζπεύδεϵον ὀτριτάχιϛα·
Ταῦτα δ' ἐγὼν αὐτὸς τεχνήσομαι, ἠδὲ νοήσω,
Στεινωπῷ ἐν ὁδῷ παραδύμεναι· οὐδέ μέ λήσει.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ, ἄνακϵος ὑποδδείσανϵες ὁμοκλὴν
Μᾶλλον ἐπιδραμέτην ὀλίγον χρόνον· αἶψα δ' ἔπειϵα
Στεῖνος ὁδῶ κοίλης ἴδεν Ἀντίλοχος μενεχάρμης·
Ῥωχμὸς ἔην γαίης, ἢ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ
Ἐξέρρηξεν ὁδοῖο, βάθυνε δὲ χῶρον ἅπανϵα·
Τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος, ἁμαϵροχιὰς ἀλεείνων.
Ἀντίλοχος δὲ παραϵρέψας ἔχε μώνυχας ἵππους
Ἐκτὸς ὁδοῦ, ὀλίγον δὲ παρακλίνας ἐδίωκεν·
Ἀτρεΐδης δ' ἔδδεισε, καὶ Ἀνϵιλόχῳ ἐγεγώνει·

" Non *amplius* vobis curatio benigna apud Neſtorem paſtorem populorum
" Erit, ſtatim autem vos interficiet acuto ære,
" Si remiſſi referamus vilius præmium:
" Sed inſequimini, & feſtinate quàm citiſſimè:
" Hæc autem ego ipſe machinabor, atque diſpiciam,
" Anguſtâ in viâ aſtu præterire: neque me fallet.
Sic dixit: Illi verò, domini veriti minas,
Acriùs concurrerunt exiguo tempore; ſtatimque deindè
Anguſtiam viæ cavæ vidit Antilochus bellicoſus:
Sciſſura erat terræ, quâ hyemalis collecta aqua
Ruperat viæ *partem*, profundúmque fecerat locum totum:
Hâc dirigebat Menelaus, rotarum-concurſum vitans.
Antilochus autem deflectens impellebat ſolidos-ungulis equos
Extra viam, parumpérque avertens inſequebatur:
Atrides verò extimuit, & Antilocho inclamavit:

Ver. 411.——κομιδὴ.] *Al.* βιοτή.

Ver. 417.——οἱ δὲ ἄνακϵος ὑποδδείσανϵες ὁμοκλὴν Μᾶλλον ἐπιδραμέτην.]

——Olli certamine ſummo
Procumbunt——. *Æn.* V. 197.

Ver. 222. Τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος.]

——Sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas:
Quò diverſus abis? iterum, Pete ſaxa, Menœte,
Cum clamore Gyas revocabat; & ecce Cloanthum
Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem. *Æn.* V. 164.

Ibid. Τῇ ῥ'.] *Eâ utique*——*Eâ, inquam*——.

Ibid.—ἁμαϵροχιὰς.] Τὰς τῶν τροχῶν ζυγκρύσεις τὰς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁρμάτων. *Scbol.* Τὸ—Καλλίμαχον ἔλαθεν ἡ διαφορὰ τῆς ἁρματροχίας· ἣν ἔχει πρὸς τὴν χωρὶς τοῦ ρ λεγομένην ἁμαϵροχίαν· ἔϛι δὲ ἁμαϵροχία, τὸ ἅμα τρέχειν καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι οἷον ὁμοδρομία τις ἔϛα· τροχὲς γὰρ τὲς δρόμους ἔλεζον· ἁρμαϵροχία δὲ, τῶν τροχῶν τὸ ἴχνος· ἄμφω δὲ παρ' Ὁμήρῳ κεῖται, δυνάμεις αὐτῶν τῇ Ποιητῇ ἐξηϛαμένῳ· ὅτι γὰρ τὸ ἅμα τρέχειν δηλοῖ ἁμαϵροχία, παρίϛησιν, ἐπὶ τοῦ Μενελάου λέγων· " Τῇ " ῥ' εἶχεν Μενέλαος, ἁμαϵροχίας ἀλεείνων·" ὑπελείπετο γὰρ, διὰ τὸν ῥωχμὸν τῆς γῆς, τὴν ζυνέμπλωϛιν τοῦ δρόμου φυλαϛόμενος·—ἁρμαϵροχία δὲ, ὅτι τὸ ἀπὸ τῶν τροχῶν ἴχνος δηλοῖ, αὐτὸς πάλιν παρίϛησι λέγων " ὐδ' " ἄρα πολλὴ γίγνετ' ἐπισσώτρων ἁρμαϵροχίη " κατόπισθεν, Ἐν λεπτῇ κονίῃ·" διὰ γὰρ τὸ λεπτὸν καὶ ὀλίγον τῆς κόνεως, μὴ πολὺ γίγνεϛθαι τὸ τῶν ἐπισσώτρων ἴχνος φησίν. *Porphyr. Quæſt. Homeric.* 4.

Ver. 423. Ἀντίλοχος δὲ παραϵρέψας.] Vide ſuprà ad *ver.* 398.

Ver. 424.—παρακλίνας.] Vide ſuprà ad á, 309 & 338.

Ver.

Ἀντίλοχ', ἀφραδέως ἱππάζεαι· ἀλλ' ἄνεχ' ἵππους·
Στεινωπὸς γὰρ ὁδὸς, τάχα δ' εὐρυτέρη παρελάσσεις·
Μήπως ἀμφοτέρους δηλήσεαι, ἅρμαθι κύρσας.
Ὣς ἔφατ'· Ἀντίλοχος δ' ἔτι κὴν πολὺ μᾶλλον ἔλασσε,
Κέντρῳ ἐπισπέρχων, οὐδ' ἢν ἀΐοντι ἐοικώς·
Ὅσσα δὲ δίσκευ ἔρα καλλωμαδίοιο πέλονται,
Ὅντ' αἰζηὸς ἀφῆκεν ἀνὴρ, πειρώμενος ἤδης,
Τόσσον ἐπιδραμέτην· αἱ δ' ἠρώησαν ὀπίσσω
Ἀτρεΐδεω· αὐτὸς γὰρ ἑκὼν μεθέηκεν ἐλαύνειν,
Μήπως ζυγκύρσειαν ὁδῷ ἔνι μώνυχες ἵπποι,
Δίφρους τ' ἀνσρέψειαν ἐϋπλεκέας, κατὰ δ' αὐτοὶ
Ἐν κονίῃσι πέσοιεν, ἐπειγόμενοι περὶ νίκης,
Τὸν κὴν νεικείων προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
Ἀντίλοχ', ὔτις ζεῖο βροτῶν ἀλοώτερος ἄλλος·
Ἔρρ', ἐπεὶ ἤ σ' ἔτυμόν γε φάμεν πεπνύσθαι Ἀχαιοί.
Ἀλλ' ἤ μὰν ἠδ' ὧς ἄτερ ὅρκια οἵσῃ ἄεθλον.
Ὣς εἰπὼν, ἵπποισιν ἐπέκλετο, φώνησέν τε·
Μή μοι ἐρύκεσθον, μηδ' ἔσσαν ἀχνυμένω κῆρ·
Φθήσονται τέτοισι πόδες κὴ γοῦνα καμόντα,

" Antiloche, temerè equos agis; ſed contine equos:
" Anguſta enim via; mox verò latiore præterages:
" Nè forte utroſque lædas, currui *curru* impacto.
Sic dixit: Antilochus autem adhuc etiam multò magis agebat,
Stimulo adurgens, tanquam non audienti ſimilis.
Quantus verò diſci jactus ab humero vibrati eſt,
Quem juvenis emittit vir, periculum-faciens juvenilis vigoris;
Tantum curſu emicârunt: illæ verò ceſſerunt retrò
Atridæ; ipſe enim ſponte remiſit agitare,
Nè fortè colliderentur in viâ ſolidi-ungulis equi,
Currúſque everterent elegantèr compactos, ipſi autem
In pulveres deciderent, feſtino-curſu-contendentes de victoriâ.
Hunc & objurgans allocutus eſt flavus Menelaus;
" Antiloche, nemo te mortalium perniciofior alius:
" Vale, neque enim te verè omninò dicebamus ſapere Achivi:
" Sed certè nè ſic quidem fine juramento auferes præmium.
Sic locutus, equos exhortatus eſt, dixitque;
" Nè mihi inhibemini, néve ſtetis dolentes corde:
" Antè iſtis pedes & genua laſſabuntur,

Ver. 427. ——παρελάσσεις.] *Al.* παρελάσσης.

Ver. 430.—ἀΐοντι.] Vide ſuprà ad ὁ, 252.

Ver. 431.—καλλωμαδίοιο.] Οἱ ἀφιᾶσι κατὰ τῶν ὤμων τρέχοντες. *Schol.*

Ver. 432. Ὅντ'.] *Quem ſi ilicèt* ——.

Ibid.—πειρώμενος ἤδης.] Vide ſuprà ad ὁ, 359; & ad ν', 168.

Ver. 434. Ἀτρεΐδεω.] Vide ſuprà ad *ver.* 405.

Ver. 437. Ἐν κονίῃσι πέσοιεν.] Vide ſuprà ad ν', 508.

Ver. 443. ——ἀχνυμένῳ.] Vide ſuprà ad γ', 260.

Ver. 444. Φθήσονται.] Apud *Scholiaſten*, notante *Barneſio*, Φθίσονται. Cujus vocis de proſodiâ, vide ſuprà ad β', 833.

Ver.

Ἢ ὑμῖν· ἄμφω γὰρ ἀτέμβουσαι νεότητι.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ, ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλὴν,
Μᾶλλον ἐπιδραμέτην, τάχα δὲ ζφίσιν ἆϊχι γένοντο.
Ἀργεῖοι δ' ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσορόωντο
Ἵππους, τοὶ δὲ πέτροντο πονίοντες πεδίοιο.
Πρῶτος δ' Ἰδομενεὺς, Κρητῶν ἀγὸς, ἐφράσαθ' ἵππους·
Ἧστο γὰρ ἐκτὸς ἀγῶνος ὑπέρτατος ἐν σκοπιῇ·
Τοῖο δ' ἄνευθεν ἐόντος, ὁμοκλητῆρος ἀκούσας
Ἔγνω· φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα πρόσχορα,
Ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοινίξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ
Λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο περίτροχον, ἠΰτε μήνη·
Στῆ δ' ὀρθὸς, καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες,
Οἷος ἐγὼν ἵππους αὐγάζομαι, ἦε καὶ ὑμεῖς;
Ἄλλοι μοι δοκέουσι παροίτεροι ἔμμεναι ἵπποι,
Ἄλλος δ' ἡνίοχος ἰνδάλλεται· αἱ δέ πω αὐτῶ
Ἔκλαδεν ἐν πεδίῳ, αἵ περ σφέτερ' ἦσαν ἄριστοι.
Ἦτοι γὰρ τὰς πρῶτα ἴδον περὶ τέρμα βαλόντας,

445 " Quàm vobis: ambo enim privati ſunt juventute.
Sic dixit: illi verò, regis veriti hortatum,
Acriùs cucurrerunt, & ſtatim ipſis proximi facti ſunt.
Argivi verò in circo ſedentes ſpectabant
Equos, illi autem volabant pulverem-excitantes per campum,
450 Primus verò Idomeneus, Cretum dux, viſos-agnovit equos:
Sedebat enim extra circum ſublimis in ſpeculâ:
Illum autem, procul licèt eſſet, *equos*-increpantem ut audiit,
Agnovit; & vidit equum notabilem præeuntem,
Qui quidem cætero toto *corpore* ſpadix erat, at in fronte
455 Alba macula erat rotunda, tanquam luna:
Surrexit autem, & ſermonem inter Argivos dixit;
" O amici, Argivorum ductores, atque principes,
" Solúſne ego equos noſcito, an & vos?
" Alii mihi videntur priores eſſe equi,
460 " Alius & auriga videtur: Illæ verò alicubi fortè
" Læſæ-ſunt in campo, quæ eoúſque utique præſtantiores erant:
" Profectò enim illas primùm vidi metam circumflexiſſe,

Ver. 446.——οἱ δὲ, ἄναχτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλὴν, Μᾶλλον ἐπιδραμέτην.] Vide ſuprà ad *ver.* 417.

Ver. 449.——τοὶ δὲ.] *Al.* οἱ δέ.

Ver. 450—453. ——ἐφράσαθ'—— φράσσατο.] Vide ſuprà ad *ver.* 126.

Ver. 451—455. Ἧστο——ἐτέτυκτο.] Vide ſuprà ad φ', 352; & ad δ', 492.

Ibid.——σκοπιῇ.] Τόπος ὑψηλὸς, ἀφ' οὗ ἐξ περιβλέψαι καὶ ἰδεῖν πάντα. *Schol.*

Ver. 453.——φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα πρόσχορα.]

——quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, veſtigia primi
Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam. *Æn.* V. 565.

Ver. 454.——φοινίξ.] Vide ſuprà ad β', 267.

Ver. 455.——σῆμ' ἐτέτυκτο.] Cod. *Harleian.* σῆμα τέτυκτο.

Ver. 460.——ἡνίοχος ἰνδάλλεται.] Quâ ratione, ἡνίοχος, hîc ultimam producat; item ἀμείβεσθον, *ver.* 492; & ἄρα, *ver.* 520; & Σθένελος, *ver.* 511; vide ſuprà ad ά, 51; *Al.* ἡνίοχός μ' ἰνδάλλεται.

Ver.

Νῦν δ' ἔπω δύναμαι ἰδέειν, πάντῃ δέ μοι ὄσσε
Τρωϊκὸν ἀμπεδίον παπταίνεσον εἰσορόωντι·
Ἠὲ τὸν ἡνίοχον φύγον ἡνία, οὐδὲ δυνάσθη
Εὖ ἴσχεθέειν περὶ τέρμα, καὶ οὐκ ἐτύχησεν ἐλίξας·
Ἔνθα μιν ἐκπεσέειν οἴω, ζύγὸν δ' ἄρμαλα ἄξαι·
Αἱ δ' ἐξηρώησαν, ἐπεὶ μένος ἔλλαβε θυμόν.
Ἀλλὰ ἴδεσθε καὶ ὔμμες ἀναιδέος· οὐ γὰρ ἔγωγε
Εὖ διαγινώσκω· δοκέει δέ μοι ἔμμεναι ἀνὴρ
Αἰτωλὸς γενεὴν, μετὰ δ' Ἀργείοισιν ἀνάσσει
Τύδεος ἱπποδάμοιο υἱὸς, κρατερὸς Διομήδης.
Τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένισπεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας·
Ἰδομενεῦ, τί πάρος λαβρεύεαι; αἱ δέ τ' ἄνευθεν
Ἵπποι ἀερσίποδες πολέος πεδίοιο δίενται·
Οὔτε νεώτατός ἐσσι μετ' Ἀργείοσι τοσσῦτον,
Οὔτε τοι ὀξύταλον κεφαλῆς ἐκδέρκεται ὄσσε·
Ἀλλ' αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι· οὐδέ τί σε χρὴ
Λαβραγόρην ἔμεναι· πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι.
Ἵπποι δ' αὖτε ἔασι παροίτεροι, αἳ τὸ πάρος περ,

" Nunc verò nequaquam possum videre; undique autem mihi oculi
" Troïcum per campum lustrant prospectanti:
" Aut aurigam fugerunt habenæ, neque potuit
" Benè continere circa metam, & non felicitèr flexit:
" Illic eum excidisse reor, currúsque confregisse;
" Ipsæque extra-viam cucurrerunt, postquàm furor occupavit animum.
" Sed intuemini & vos surgentes: non enim ego sanè
" Cernens-dignoſco; videtur autem mihi esse vir
" Ætolus genere, intérque Argivos imperat
" Tydei equûm domitoris filius, fortis Diomedes.
Hunc autem probrosis verbis objurgavit Oilei *filius* velox Ajax;
" Idomeneu, cur continuò garris? Illæ verò procul
" Equæ pedes-in altum-attollentes amplum per campum currunt:
" Neque minimus-natu es inter Argivos tantùm,
" Neque tibi acutissimè ex capite prospiciunt oculi:
" Sed semper verbis garris; Nec tamen omninò te decet
" Loquacem esse: adsunt enim & præstantiores alii.
" Equæ verò sunt priores, quæ & anteà

Ver. 463. Νῦν δ' ἔπω.] *Al.* Νῦν δ' ἔπη. Quo modo legit & Codex *Harleianus*.

Ver. 465.——φύγον.] *Al.* φύγεν.

Ver. 466.——ἐλίξας.] Συγχέψας περὶ τὴν κάμψιν τὰς ἵππους. *Schol.*

Ver. 467 ——ζὺς δ' ἅρμαλα ἄξαι.] Cod. *Harleian.* κατὰ δ' ἅρμαλα ἄξαι. Ut supra *ver.* 341.

Ver. 470.——διαγινώσκω.] Vide suprà ad *ver.* 240.

Ver. 472.——ἱπποδάμου.] Vide suprà ad Β', 23.

Ver. 473.——ἐνίσπεν.] *Barnesius* in uno MS. scriptum repperit ἐνένιπεν. Quæ & proba Lectio. Vide suprà ad ο, 546.

Ver. 474.—τί πάρος λαβρεύεαι.] Λοιδορῶσιν ὡδὲν ἐφαπτόμενοι τῶν ζωμαλικῶν ἀλλὰ τοῖς ἁμαρτήμασι τὲ; φόγως ἐπιφέρουσες—" Ἰδομενεῦ, τί πάρος λαβρεύεο; ὐδέ τι σε " χρὴ Λαβραγόρην ἔμεναι." *Plutarch. de audiendis Poëtis.* vide suprà ad Β', 246.

Ibid.——λαβρεύεαι.] Apud *Plutarchum*, loco jam citato, λαβρεύεο.

Ver. 475.——δίενται.] *Al.* δίονται.

Ver. 479.—Λαβραγόρην.] Προπετῆ ἐν τοῖς λόγοις. *Schol.*

Ibid.

Εὐμήλῳ, ἐν δ' αὐτὸς ἔχων εὔληρα βέβηκε.
Τὸν δὲ χολωσάμενος Κρητῶν ἀγὸς ἀντίον ηὔδα·
Αἶαν, νείκεϊ ἄριστε, κακοφραδὲς, ἄλλα τε πάντα
Δευέαι Ἀργείων, ὅτι τοι νόος ἐσὶν ἀπηνής·
Δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος·
Ἴσορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω,
Ὁππότεραι πρόσθ' ἵπποι ἴνα γνοίης ἀποτίνων.
Ὣς ἔφατ'· ὦρνυτο δ' αὖτις Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας,
Χωόμενος, χαλεποῖσιν ἀμείψασθαι ἐπέεσσι·
Καί νύ κε δὴ πρότερω ἔτ' ἔρις γένετ' ἀμφοτέροισιν,
Εἰ μὴ Ἀχιλλεὺς αὐτὸς ἀνίσταο, κῆδε φάτο μῦθον·
Μηκέτι νῦν χαλεποῖσιν ἀμείβεσθον ἐπέεσσιν,
Αἶαν, Ἰδομενεῦ τε, κακοῖς· ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε·
Καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον, ὅ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι·
Ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσοράασθε
Ἵππους· οἱ δὲ τάχ' αὐτοὶ ἐπειγόμενοι περὶ νίκης
Ἐνθάδ' ἐλεύσονται· τότε δὲ γνώσεσθε ἕκας

" Eumeli, ipſéque tenens lora vehitur.
Hunc autem iratus Cretum dux contra allocutus eſt;
" Ajax, rixâ optime, maledice, inque cæteris omnibus
" Inferior es Argivis, tibi quippè mens eſt inſolens:
" Agè vel tripode-depoſito certemus, vel lebete;
" Arbitrum autem Atrîdem Agamemnonem faciamus ambo,
" Utræ anteriores equæ: ut ſentias perſolvens.
Sic dixit: Surrexit verò protinùs Oïlei *filius* velox Ajax,
Iratus, aſperis ut exciperit *eum* verbis:
Et omninò jam ulteriùs adhuc contentio progreſſa-eſſet utriſque;
Si non Achilles ipſe ſurrexiſſet, & dixiſſet;
" Nè ampliùs nunc aſperis altercemini verbis,
" Ajax, Idomeneúque, malis; neque enim par eſt:
" Quin & alii ſuccenſeretis, quicunque talia faceret:
" Sed vos in circo ſedentes ſpectate
" Equos; ii autem citò ipſi feſtino-curſu-contendentes de victoriâ
" Huc venient: tum verò cognoſcetis ſinguli

Ibid.—ἀμείνονες.] Cod. *Harleian.* ἀμύμονες.

Ver. 481.——βέβηκε.] Vide ſuprà ad ν', 736; & ad ά, 37.

Ver. 483.—νείκεϊ ἄριστε.] Cod. *Harleian.* νίκη ἄριστε. *Al.* νείκος ἄριστε.

Ver. 485. Δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον.] Ita *Odyſſ.* ψ', 73;
—αὐτὰρ ἐγὼν ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς.
Et apud *Ariſtophanem*;
——ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι.
Equites, ver. 788.
Ubi *Scholiaſtes* locum hunc hoc modo citat;
Δεῦρό γε νῦν τρίποδος περιδώμεθα.
Quin & Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio*, itémque Cod. *Oxon.* à *Barneſio* collatus, hîc ſequuntur περιδώμεθα. Vide ſuprà ad κ', 105.

Ver. 487.——γνοίης.] *Al.* γνώης.

Ibid.—ἀποτίνων.] Vide ſuprà ad β', 43; & ad γ', 279.

Ver. 488.—ὦρνυτο.] Vide ſuprà ad γ', 260.

Ver. 492.——ἀμείβεσθον ἐπέεσσιν.] Cod. *Harleian.* ἀμείβεσθε ἐπέεσσι. Quæ quidem Syntaxis ſatìs rectè ſe haberet, quia omne *Duale* eſt neceſſariò *Plurale*; (Vide ſuprà ad ά, 566:) Proſodia autem nullâ, ut opinor, ratione ferri poſſet.

Ver. 493. Αἶαν, Ἰδομενεῦ τε.] Edidit *Barneſius* Αἶάν τ', Ἰδομενεῦ τε. Sed nihil opus: Quâ enim ratione, vox, Αἶαν, ultimam hîc, etiam extra cæſuram, producat; vide ſuprà ad ά, 51.

Ver. 494.——ῥέζοι.] *Al.* ῥέξοι.

Ἵππους Ἀργείων, οἳ δεύτεροι, οἵ τε πάροιθεν.
Ὣς φάτο· Τυδείδης δὲ μάλα ζχεδὸν ἦλθε διώκων,
Μάζι δ' αἰὲν ἔλαυνε καλωμαδόν· οἱ δέ οἱ ἵπποι
Ὑψόσ' ἀειρέσθην ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον·
Αἰεὶ δ' ἠνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον·
Ἅρμαλα δὲ χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε,
Ἵπποις ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον· ὑδέ τε πολλὴ
Γίνετ' ἐπισσώτρων ἁρμαλοχιὴ κατόπισθεν
Ἐν λεπτῇ κονίῃ· τὼ δὲ ζπεύδοντε πετέσθην·
Στῆ δὲ μέσῳ ἐν ἀγῶνι, πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρὼς
Ἵππων, ἔκ τε λόφων καὶ ἀπὸ ζέρνοιο χαμᾶζε.
Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο χαμαὶ θόρε παμφανόωντος,
Κλῖνε δ' ἄρα μάζισα ποτὶ ζυγόν· ὑδὲ μάτησεν
Ἴφθιμος Σθένελος, ἀλλ' ἐσσυμένως λάβ' ἄεθλον·
Δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα,
Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν· ὁ δ' ἔλυεν ὑφ' ἵππους.

" Equos Argivorum, qui ſecundi, quique priores.
Sic dixit: Tydides autem valdè propè venit urgens,
Scuticâ verò aſſiduè feriebat ſuper humeros; ei autem equi
In altum tollebantur citò conficientes viam:
Aſſiduè verò aurigam pulveris guttæ percutiebant:
Currus autem auro acurratè elaborati ſtannóque
Ponè equos veloces currebant; neque profunda
Fiebat canthorum orbita retrò
In tenui pulvere: hi nempè feſtinantes volabant.
Stetit autem medio in circo, multúſque exiliebat ſudor
Equorum, éque cervicibus & à pectore in-terram.
Ipſe verò è ſellâ in terram deſiliit collucente,
Acclinavítque ſcuticam ad jugum: neque ſegnis erat
Fortis Sthenelus, ſed properè accepit præmium;
Deditque abducendam ſociis magnanimis mulierem,
Et tripodem anſatum aſportandum: ipſe verò ſolvit equos.

Ver. 500. Μάζι δ' αἰὲν.] Ita edidit *Barneſius*. *Vulgg.* Μάζιδ' αἰέν. Quod, ut opinor, ferri non poteſt; nam Μάζιδι, ut ipſe notavit *Barneſius*, *mediam* ſemper producit. Τὸ δὲ, Μάζιδι, Μάζι τινὲς γράφουσι, ἐκτείνοντες τὴν λήγουσαν· ὁμοίως τῷ, " Μήτι τοι " δρυτόμος μάγ' ἀμείνων." [ſupra *ver.* 315.] Καί ἐστιν, ὥσπερ μῆτις, μήτιθι, μήτιι, ἢ κατὰ κράσιν, μήτι· οὕτω ἡ μάζις, μάζιος, μάζιϊ, μάζι. *Euſtath.* Firmatur porrò hæc lectio *Odyſſ.* ό, 182;

Ἦ ἢ ἐφ' ἵπποιϊν μάζιν βάλεν——.

Ver. 501.——πρήσσοντε.] Vide ſuprà ad ν, 192.

Ver. 504.——ὑδέ τε πολλὴ.] Cod. *Harleian.* ὑδέ τι πολλή. Quo modo & in uno MS. ſcriptum repperit *Barneſius*. *Porphyrius* autem, *Quæſt. Homeric.* 4, legit; ὑδ' ἄρα πολλή.

Ibid.——ὑδέ τε πολλὴ Γίνετ' ἐπισσώτρων ἁρμαλοχιὴ.] Vide ſuprà ad *ver.* 422.

Ver. 507.——πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρώς.]
——ſudor fluit undique rivis.
Æn. V. 200.

Ver. 510. Κλῖνε.] Vide ſuprà ad ά, 309.

Ibid.——ἄρα.] *Ut fieri ſolet*——.

Ver. 512. Δῶκε δ' ἄγειν.]
——quem Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui *dederat* monimentum & pignus amoris.
Æn. V. 536.

Ver. 513. Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα.] Ὅτι [τρίποδα] εἰκὸς ὑπὸ Διομήδους ἀναιρεθῆναι ὕστερον

Τῷ δ' ἄρ' ἔπ' Ἀντίλοχος Νηλήϊος ἤλασεν ἵππους,
Κέρδεσιν, ἔτι τάχει γε παραφθάμενος Μενέλαον·
Ἀλλὰ κὴ ὣς Μενέλαος ἔχ' ἔγγυθεν ὠκέας ἵππους·
Ὅσσον δὲ τροχῷ ἵππος ἀφίσσεται, ὅς ῥά τ' ἄνακτα
Ἕλκῃσιν πεδίοιο τιταινόμενος ζυγὸν ὄχεσφιν,
Τῷ μέν τε ψαύουσιν ἐπισσώτρῳ τρίχες ἄκραι
Οὐραῖαι, ὁ δέ τ' ἄγχι μάλα τρέχει, οὐδέ τι πολλὴ
Χώρη μεσσηγύς, πολέος πεδίοιο θέοντος·
Τόσσον δὴ Μενέλαος ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
Λείπετ'· ἀτὰρ τὰ πρῶτα κὴ ἐς δίσκυρα λέλειπτο,
Ἀλλά μιν αἶψα κίχανεν· ὀφέλλετο γὰρ μένος ἡὺ
Ἵππων τῆς Ἀγαμεμνονέης καλλίτριχος Αἴθης·
Εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισι,
Τῷ κέν μιν παρέλασσ', οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν.
Αὐτὰρ Μηριόνης, θεράπων ἐΰς Ἰδομενῆος,
Λείπετ' ἀγακλῆος Μενελάου δουρὸς ἐρωήν.
Βάρδιστοι μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι,

Post eum autem Antilochus Neleïus agebat equos,
Dolis, haud quidem celeritate præveniens Menelaum;
Sed & ſic Menelaus agebat propè veloces equos:
Quantum verò à rotâ equus diſtat, qui quidem dominum
Trahit per campum niſu-contento cum curribus;
Hujus quidem attingunt canthum pili extremi
Caudæ, is autem propè admodùm currit, neque prorsùs magnum
Spatium in medio, per amplum campum currente:
Tantum jam Menelaus eximio Antilocho
Poſterior erat: quanquam priùs etiam ad diſci-jactum relictus erat;
Sed & ipſum ſtatim aſſecutus eſt; augebatur enim vis valida
Equæ Agamemnoniæ jubis-pulchræ Æthes:
Quod ſi adhuc ulteriùs fuiſſet curſus ambobus,
Eo certè eum præteriiſſet, neque dubiam *victoriam* reliquiſſet.
Sed Meriones, famulus ſtrenuus Idomenei,
Poſterior erat inclyto Menelao haſtæ jactu.
Tardiſſimi enim ei erant pulchri-jubis equi,

ὕστερον ἐν Δελφοῖς, ὡς δῆλον ἐξ ἐπιγράμματος τοῦδε·

Χάλκεός εἰμι τρίπους, Πυθοῖ δ' ἀνάκειμαι ἄγαλμα,
Καί μ' ἐπὶ Παλλάδιον Θῆκε πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Τυδείδης δ' ἀνέθηκε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,
Νικήσας ἵπποισι παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον. *Euſtath.*

Ibid.—ἔλυεν ὀφ'.] Vide ſuprà ad ν', 103; & ad ὁ, 24. *Al.* ἔλυσεν ὑφ', & ἐλύσαθ' ὑφ'.

Ver. 514.——ἄρ'.] Non hîc vacat iſtud ἄρ'. ſed vim habet in connectendâ ſententiâ cum eo quod præceſſit, *ver.* 433.

Ver. 515.—παραφθάμενος.] Vide ſuprà ad β', 43.

Ver. 517.—ὅς ῥά τ'.] *Qui ſcilicèt*——.

Ver. 520.——οὐδέ τι πολλὴ.] *Al.* οὐδέ τε πολλὴ. Ut ſuprà *ver.* 504.

Ver. 523.——δίσκυρα.] *Al.* δίσκ' ὄχρα. Vide ſuprà ad *ver.* 431.

Ibid.—λέλειπτο.] Vide ſuprà ad φ', 352; & ad δ', 492.

Ver. 526. Εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος.]

——ſpatia & ſi plura ſuperſint,
Tranſeat elapſus prior, ambiguumve relinquat. *Æn.* V. 325.

Ver. 527. Τῷ κέν μιν.] *Al.* Τῷ καί μιν.

Ver. 529.—δουρὸς ἐρωήν.] Ita ſuprà ὁ, 358; ——ὅσσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή.

Ver. 530.——γάρ οἱ.] Quâ ratione, γὰρ.

Ἦκις᾽ δ᾽ ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ᾽ ἐν ἀγῶνι.
Υἱὸς δ᾽ Ἀδμήτοιο πανύσταθ᾽ ἥλυθεν ἄλλων,
Ἕλκων ἅρματα, καλὰ, ἐλαύνων πρόσσοθεν ἵππους.
Τὸν δὲ ἰδὼν ὤκειρε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Στὰς δ᾽ ἄρ᾽ ἐν Ἀργείοις ἔπεα πτερόεντ᾽ ἀγόρευε.
Λοῖσθος ἀνὴρ ὥρις ἐλαύνει μώνυχας ἵππους·
Ἀλλ᾽ ἄγε δή οἱ δῶμεν, ἀέθλιον, ὡς ἐπιεικὲς,
Δεύτερ᾽· ἀτὰρ τὰ πρῶτα φερέσθω Τυδέος υἱός.
Ὣς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἐπήνεον, ὡς ἐκέλευε·
Καί νύ κέν οἱ πόρεν ἵππον, (ἐπήνησαν γὰρ Ἀχαιοὶ)
Εἰ μὴ ἄρ᾽ Ἀντίλοχος, μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς,
Πηλείδην Ἀχιλῆα δίκῃ ἠμείψατ᾽ ἀναστὰς·
Ὦ Ἀχιλεῦ, μάλα τοι κεχολώσομαι, αἴκε τελέσσῃς
Τῦτο ἔπος· μέλλεις γὰρ ἀφαιρήσεσθαι ἄεθλον,
Τὰ φρονέων, ὅτι οἱ βλάβεν ἅρματα καὶ ταχέ᾽ ἵππω,
Αὐτός τ᾽ ἐσθλὸς ἐών· ἀλλ᾽ ὤφελεν ἀθανάτοισιν
Εὔχεσθαι, τό κεν ἔτι πανύσταθ᾽ ἦλθε διώκων·
Εἰ δέ μιν οἰκείρεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ,

Minimè-peritus erat & ipſe agendi currum in certamine.
Filius verò Admeti omnium ultimus venit,
Trahens currus pulchros, agens antè equos.
Hunc autem ut vidit miſeratus eſt pedibus-valens nobilis Achilles:
Stans autem inter Argivos verba alata dixit;
" Ultimus vir præſtantiſſimus agit ſolidos-ungulis equos:
" Sed agedum ei demus præmia, ut par eſt,
" Secunda: at prima ferat Tydei filius.
Sic dixit: Illi autem omnes comprobârunt, ſicut jubebat:
Et ei ſanè dediſſet equam, (comprobârunt enim Achivi;)
Si non Antilochus, magnanimi Neſtoris filius,
Pelidæ Achilli jure reſpondiſſet ſurgens;
" O Achille, valdè tibi iraſcar, ſi perfeceris
" Hoc verbum; ablaturus enim es *mihi* præmium,
" His motus, quòd ei divinitùs læſi ſunt currus & veloces equæ,
" Ipſéque peritus licèt eſſet: ſed debuit immortalibus
" Vota facere, tum nequaquam ultimus omnium veniſſet *equos* urgens:
" Si verò ejus miſereris, & tibi gratum eſt animo,

hîc producatur; item ultima vocis, ἀμειλό-μενος, *ver.* 557; & τίς, *ver.* 575; & χωό-μενος, *ver.* 603; vide ſuprà ad ά, 51.

Ver. 532.——ἦλυθεν.] Vide ſuprà ad ό, 454; & ad ά, 37.

Ver. 533.—καλὰ.] Vide ſuprà ad β', 43.

Ibid.——πρόσσοθεν.] *Al.* πρόσσοθ'.

Ver. 536.——ὥρις.] *Al.* ὠρίος & ὁ ἄρις.

Ver. 537.——ἄγε δή.] Vide ſuprà ad *ver.* 313.

Ver. 540. Καί νύ κέν οἱ.] Codices plurimi habent Καί νύ κέ οἱ.

Ver. 541 ——ἄρ'.] *Ut par erat*——. Vide ſuprà ad *ver.* 514.

Ver. 543.—μάλα τοι κεχολώσομαι, αἴκε τελέσσῃς Τῦτο ἔπος.]

Hic totum caveæ conſeſſum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet;
Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit honorem. *Æn.* V. 340.

Ver. 546. Αὐτός τ᾽ ἐσθλὸς ἐών.] Cod. *Harleian.* Αὐτὸς ἐσθλὸς ἐών. Quod & ferri poteſt. Vide ſuprà ad ά, 51.

Ibid.——ἀθανάτοισιν.] Vide ſuprà ad ά, 398.

Ver. 548.—φίλον.] Cod. *Harleian.* φίλος.

Ἔσι τοι ἐν κλισίῃ χρυσὸς πολὺς, ἔσι δὲ χαλκὸς,
Καὶ πρόβατ', εἰσὶ δέ τοι δμωαὶ, καὶ μώνυχες ἵπποι·
Τῶν οἱ ἔπειτ' ἀνελὼν δόμεναι καὶ μεῖζον ἄεθλον,
Ἠὲ καὶ αὐτίκα νῦν, ἵνα σ' αἰνήσωσιν Ἀχαιοί.
Τὴν δ' ἐγὼ οὐ δώσω· περὶ δ' αὐτῆς πειρηθήτω
Ἀνδρῶν, ὅς κ' ἐθέλῃσιν ἐμοὶ χείρεσσι μάχεσθαι.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς,
Χαίρων Ἀντιλόχῳ, ὅτι οἱ φίλος ἦεν ἑταῖρος·
Καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἀντίλοχ', εἰ μὲν δή με κελεύεις οἴκοθεν ἄλλο
Εὐμήλῳ ἐπιδῦναι, ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω·
Δώσω οἱ θώρηκα, τὸν Ἀστεροπαίου ἀπηύρων,
Χάλκεον, ᾧ περὶ χεῦμα φαεινῇ κασσιτέροιο
Ἀμφιδεδίνηται· πολέος δέ οἱ ἄξιος ἔσαι.
Ἦ ῥα, καὶ Αὐτομέδοντι φίλῳ ἐκέλευσεν ἑταίρῳ
Οἰσέμεναι κλισίηθεν· ὁ δ' ᾤχετο, καὶ οἱ ἔνεικεν·
Εὐμήλῳ δ' ἐν χερσὶ τίθει· ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων.
Τοῖσι δὲ καὶ Μενέλαος ἀνίστατο θυμὸν ἀχεύων,

" Est tibi in tentorio aurum multum, est & æs,
" Et pecora, sunt & tibi ancillæ, & solidi-ungulis equi:
" Ex his ipsi postea sumptum date vel majus præmium,
" Sive etiam jam nunc, ut te collaudent Achivi.
" Hanc verò ego non dabo: de ipsâ autem periculum-faciat
" Virorum, quicunque velit mecum manibus pugnare.
Sic dixit: subrisit autem pedibus-valens nobilis Achilles,
Gratulans Antilocho, quòd sibi dilectus erat sodalis:
Et eum respondens verbis alatis allocutus est;
" Antiloche, si quidem jam me jubes è domo aliud
" Eumelo dare, ego verò & hoc perficiam:
" Dabo ei thoracem, quam Asteropæo abstuli,
" Æreum, quem circum ora fulgidi stanni
" Funditur: multo autem *pretio* ei æstimandus erit.
Dixit, & Automedonta dilectum jussit sodalem
Ferre è tentorio: Is verò abiit, & ad eum attulit;
Eumelo autem in manibus posuit; at is accepit gaudens.
Inter hos autem & Menelaus surrexit, animo dolens,

Ver. 550.——μώνυχες ἵπποι.] Vide suprà ad τ', 424.

Ver. 554.——ὅς κ' ἐθέλῃσιν,] *Al.* ὅς κε θέλῃσιν.

Ver. 555.——μείδησεν δὲ ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

——Risit pater optimus olli;
Et clypeum effari jussit. *Æn.* V. 358.

Ver. 558.——εἰ μὲν δή.] *Siquidem* revera——.

Ver. 559.——ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ.] *Al.* ἐγὼ δὴ καὶ τὸ.

Ver. 560. Δώσω οἱ θώρηκα, τὸν Ἀστεροπαίου ἀπηύρων.]

Levibus huic hamis consertam, auroque trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto,
Donat habere viro, decus & tutamen in armis. *Æn.* V. 259.

Ibid.——τὸν Ἀστεροπαίου ἀπηύρων.] Suprà φ', 183.

Ibid.——ἀπηύρων.] *Al.* ἀπηῦρον.

Ver. 561.——περὶ χεῦμα.] *Al.* περιχεῦμα.

Ver. 562. Ἀμφιδεδίνηται.] Vide suprà ad ν', 736; & ad ά, 37.

Ἀνθιλόχῳ ἄμοτον κεχολωμένος· ἐν δ' ἄρα κήρυξ
Χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε, σιωπῆσαί τ' ἐκέλευσεν
Ἀργείους· ὁ δ' ἔπειτα μετηύδα ἰσόθεος φώς·
Ἀντίλοχε, πρόσθεν πεπνυμένε, ποῖον ἔρεξας;
Ἦσχυνας μὲν ἐμὴν ἀρετὴν, βλάψας δέ μοι ἵππους,
Τὰς σὺς πρόσθε βαλὼν, οἵ τοι πολὺ χείρονες ἦσαν.
Ἀλλ' ἄγετ', Ἀργείων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες,
Ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσσασθε, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ·
Μήποτέ τις εἴπῃσιν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
Ἀντίλοχον ψεύδεσσι βιησάμενος Μενέλαος
Οἴχεται ἵππον ἄγων, ὅτι οἱ πολὺ χείρονες ἦσαν
Ἵπποι, αὐτὸς δὲ κρείσσων ἀρετῇ τε, βίῃ τε.
Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω, κοὐ μ' ἔτινα φημὶ
Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἰθεῖα γὰρ ἔσαι·
Ἀντίλοχ', αἰ δ' ἄγε δεῦρο, διοτρεφὲς, ἦ θέμις ἐστὶ,
Στὰς ἵππων προπάροιθε κὴ ἅρμαλος, αὐτὰρ ἱμάσθλην
Χερσὶν ἔχων ῥαδινὴν, ἥπερ τὸ πρόσθεν ἔλαυνες,
Ἵππων ἁψάμενος, γαιήοχον Ἐννοσίγαιον
Ὄμνυθι, μὴ μὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

Antilocho immensùm iratus: præco verò
In manibus ſceptrum poſuit, ſilerique juſſit
Argivos: At is deindè inter *eos* dixit par-deo vir;
" Antiloche, antehàc prudens, quale feciſti?
" Dedecorâſti quidem meam virtutem, læſiſti autem mihi equos,
" Tûis antè actis, qui multò inferiores erant.
" Sed agitè, Argivorum ductores, & principes,
" In medium utriſque dijudicate; neque in gratiam:
" Nè quandò quis dicat Achivorum ære loricatorum,
" Antilocho mendaciis oppreſſo Menelaus
" Abiit equam ducens; nam ei longè deteriores erant
" Equi, ipſe verò melior armíſque, viribúſque.
" Eja verò age ego ipſe dijudicabo, & me nullum puto
" Alium increpaturum Danaorum: rectum enim erit *judicium*;
" Antiloche, age huc ades, Jovis-alumne, ut fas eſt,
" Stans ante equos & currum, & flagellum
" Manibus tenens argutum, quo anteà agitabas,
" Equos tangens, terram-cingentem Neptunum
" Jurato, te non volentem quidem meum dolo currum impediviſſe.

Ver. 567.——ὄφρα.] *Ut ſolitus erat*——.
Ver. 568. Χερσὶ.] *Al.* Χειρί.
Ibid. Χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε.] Παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ δημηγορῦντες σκῆπτρα ἐκράτουν. *Scbol.*
Ibid.——ἐκέλευσεν.] *Al.* ἐκέλευεν.
Ver. 574—579.——δικάσσασθε—δικάσω.] Vide ſuprà ad α, 140.
Ibid.—μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ.] Μηδ' ἑτέρῳ ἡμῶν βοηθεῖτε. *Scbol.*
Ibid.——δικάσσασθε.] *Al.* δικάζεσθε.
Ver. 579. Εἰ δ' ἄγ'.] Vide ſuprà ad ι, 167.
Ver. 581.—αἰ δ' ἄγε.] *Al.* εἰ δ' ἄγε. Ut *ver.* 579.
Ibid.——ἦ.] *Al.* ἤ.
Ver. 583.——ἔχων.] *Al.* ἔχε.
Ver. 585. Ὄμνυθι.] Vide ſuprà ad γ, 260.

Ver.

Τὸν δ' αὖτ' Ἀντίλοχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Ἄνσχεο νῦν, πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι
Σεῖο, ἄναξ Μενέλαε, σὺ δὲ πρότερος καὶ ἀρείων.
Οἶσθ', οἷαι νέῳ ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι·
Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.
Τῷ τοι ἐπιλήτω κραδίη· ἵππον δέ τοι αὐτὸς
Δώσω, τὴν ἀρόμην· εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο
Μεῖζον ἀπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δῶναι
Βουλοίμην, ἢ σοί γε, διοτρεφὲς, ἤματα πάντα
Ἐκ θυμῷ πεσέειν, καὶ δαίμοισιν εἶναι ἀλιτρός.
Ἦ ῥα, καὶ ἵππον ἄγων μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς
Ἐν χείρεσσι τίθει Μενελάου· τοῖο δὲ θυμὸς
Ἰάνθη, ὡσεί τε περὶ σταχύεσσιν ἔέρση
Λήϊα ἀλδήσκοντος, ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι·
Ὣς ἄρα σοί, Μενέλαε, μετὰ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἀντίλοχε, νῦν μέν τοι ἐγὼν ὑποείξομαι αὐτὸς,
Χωόμενος· ἐπεὶ οὔτι παρήορος, οὐδ' ἀεσίφρων,
Ἦσθα πάρος· νῦν αὖτε νόον νίκησε νεοίη.

Eum verò Antilochus prudens contrà allocutus eſt;
" Perfer nunc: multò enim ego junior ſum
" Te, rex Menelaë, tu autem natu-major & præſtantior.
" Nôſti, qualia juvenis errata ſunt:
" Velocior etenim mens, tenue autem conſilium.
" Ideò tibi toleret cor: equam verò tibi ipſe
" Dabo, quam accepi: Sed & ſi è meis aliud
" Majus poſtulaveris, promptè omninò jam-ſtatim dare
" Mallem, quàm tibi utique, Jovis-alumne, in dies omnes *me*
" Animo ejectum eſſe, & in deos fierì ſceleratum.
Dixit ſanè, & equam ducens magnanimi Neſtoris filius
In manus tradidit Menelai: illius autem animus
Lætitiâ-perfuſus eſt, velut circa ſpicas ros *funditur*
Segetis creſcentis, quando horreſcunt arva:
Sic & tibi, Menelaë, in præcordiis animus lætitiâ-perfuſus eſt:
Et ipſum edita-voce verbis alatis allocutus eſt:
" Antiloche, nunc quidem tibi ego cedam ipſe,
" Iratus; quoniam non mente-vagus, neque levis,
" Eras anteà: nunc verò mentem vicit juventus.

Ver. 586.——ἄντίον ηὔδα.] Vide ſuprà ad γ, 203.

Ver. 587.—πολλὸν γὰρ ἔγωγε.] *Al.* πολὺ μὲν γὰρ ἔγωγε.

Ver. 590. Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.]—φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς εὖ ἀσφαλεῖς. *Sophocl. OEdip. Tyrann.* 625.

Ver. 593.—ἀπαιτήσειας.] Cod. *Harleian.* ἐπ' αἰτήσειας. *Al.* ἐπαιτήσειας.

Ver. 594.—διοτρεφὲς.] *Al.* διαμπερὲς.

Ver. 599.—ἄρουραι.] Vide ſuprà ad ζ', 142.

Ver. 600.——ἄρα.] *Ut dictum eſt*——*ver.* 597.

Ver. 602. Ἀντίλοχε, νῦν.] Edidit *Barneſius* ex conjecturâ Ἀντίλοχ', ἦ νῦν. Sed, ut opinor, nihil opus. Vide ſuprà ad ά, 51.

Ver. 603.—οὔτι παρήορος.] Οὐ κεχαλασμένος τὸν λογισμὸν, παράφρων. *Schol.*

Βέλτερον αὖτ' ἀλέασθαι ἀμείνονας ἠπεροπεύειν·
Οὐ γὰρ κέν με ταχ' ἄλλος ἀνὴρ παρέπεισεν Ἀχαιῶν.
Ἀλλὰ σὺ γὰρ δὴ πολλὰ ἔπαθες, καὶ πολλὰ ἐμόγησας,
Σός τε πατὴρ ἀγαθὸς, καὶ ἀδελφεὸς, εἵνεκ' ἐμεῖο·
Τῷ τοι λισσομένῳ ἐπιπείσομαι, ἠδὲ καὶ ἵππον
Δώσω, ἐμὴν περ ἐοῦσαν· ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε,
Ὡς ἐμὸς ἔπλετο θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής·
Ἦ ῥα, καὶ Ἀντιλόχοιο Νοήμονι δῶκεν ἑταίρῳ
Ἵππον ἄγειν· ὁ δ' ἔπειτα λέβηθ' ἕλε παμφανόωντα.
Μηριόνης δ' ἀνάειρε δύο χρυσοῖο τάλαντα
Τέτρατος, ὡς ἔλασεν· πέμπτον δ' ὑπελείπετ' ἄεθλον,
Ἀμφίθετος φιάλη, τὴν Νέστορι δῶκεν Ἀχιλλεὺς,
Ἀργείων ἀν' ἀγῶνα φέρων, καὶ ἔειπε παραστάς·
Τῇ νύν, καὶ σοί τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔσω,
Πατρόκλοιο τάφῳ μνῆμ' ἔμμεναι· ἀ γὰρ ἔτ' αὐτὸν
Ὄψει ἐν Ἀργείοισι· δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον

605 "Satius autem *fuerit* cavere præstantiores decipere:
"Non enim omninò me citò alius quisquam flexisset Achivorum.
"Verùm tu jam multa passus es, & multa fecisti,
"Tuúsque pater bonus, & frater, mei causâ,
"Ideò tibi supplicanti obsequar: sed & equam
610 "Dabo, mea licèt sit; ut sentiant & hi,
"Quòd meus nunquam animus superbus & immitis.
Dixit utique, & Antilochi Noëmoni dedit socio
Equam abducendam: ipse verò deinde lebetem accepit collucentem.
Meriones autem sustulit duo auri talenta
615 Quartus, quo-ordine egerat *currum*: Quintum verò relictum erat præmium,
Duplex phiala quam Nestori dedit Achilles,
Argivorum, per consessum ferens; & dixit astans;
"Accipe nunc; & tibi hoc, senex, munus recondatur,
"Patrocli sepulturæ monimentum ut sit; non enim ampliùs illum
620 "Videbis inter Argivos: Do autem tibi hoc præmium

Ver. 605. Βέλτερον.] Cod. *Harleian.* Δεύτερον. Quo modo & in duobus MSS. scriptum repperit *Barnesius.* Atqui ita etiam legit *Eustathius.*

Ver. 607.——δὴ.] Vide suprà ad ξ', 433 & 504.

Ver. 613.—— ὁ δ' ἔπειτα λέβηθ' ἕλε.]
Tertia dona facit geminos ex ære lebetas.
Æn. V. 266.

Ver. 614. Μηριόνης δ' ἀνάειρε δύο χρυσοῖο τάλαντα.]
——& arganti magnum dat ferre talentum. Æn. V. 248.

Ver. 615.—πέμπτον δ' ὑπελείπετ' ἄεθλον.]
——sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur;
Sume, pater, nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem.
Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis,
Cratera impressum signis—— *Ibid.* 531.

Ver. 616. Ἀμφίθετος φιάλη.] Vide suprà ad *ver.* 270.

Ver. 618. Τῇ νῦν.] Vide suprà ad ξ', 219.

Ver. 620.——δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον αὖτως· ἀ γὰρ, &c.] Πρῶτον γὰρ ἀεὶ πυῤῥὰ παρ' αὐτῷ, δεύτερον πάλη, καὶ τελευταῖον ὁ δρόμος τῶν γυμνικῶν ἀεὶ τέτακται.——Ὅτι μὲν αἱ Πατρόκλου ταφαὶ ταύτην ἔχουσι τῶν ἀγωνισμάτων τὴν τάξιν ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐναυλόν ἐστι. Διαληπτέον δὲ τὴν τάξιν, ὁμαλῶς ὁ ποιητὴς τὸν

Αὔτως· ὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι, ὐδὲ παλαίσεις,
Οὐδέ τ' ἀκοντισὺν ἐνδύσεαι, ὐδὲ πόδεσσι
Θεύσεαι· ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει· ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπες.
Οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος, πόδες, ὐδέ τε χεῖρες
Ὤμων ἀμφοτέρωθεν ἐπαΐσσονται ἐλαφραί.
Εἴθ' ὣς ἠβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη,
Ὡς ὁπότε κρείοντ' Ἀμαρυγκέα θάπτον Ἐπειοὶ,
Βουπρασίῳ, παῖδες δ' ἔθεσαν βασιλῆος ἄεθλα·
Ἔνθ' ὔτις μοι ὁμοῖος ἀνὴρ γένετ', ὔτ' ἄρ' Ἐπειῶν,
Οὔτ' αὐτῶν Πυλίων, ὔτ' Αἰτωλῶν μεγαθύμων.
Πὺξ μὲν ἐνίκησα Κλυτομήδεα, Ἤνοπος υἱόν·
Ἀγκαῖον δὲ πάλῃ Πλευρώνιον, ὅς μοι ἀνέσχη·

" Gratis: Neque enim cæstibus omninò pugnabis, neque luctaberis,
" Neque jaculorum certamen inibis, neque pedibus
" Curres: jam enim gravis senectus urget.
Sic fatus, in manibus posuit: Ille verò accepit gaudens,
Et ipsum editâ voce verbis alatis allocutus est;
" Certè jam hæc quidem omnia, fili, rectè dixisti.
" Non enim ampliùs firma membra, amice, pedes, neque manus
" Ab humeris utrinque celeri impetu moventur agiles.
" Utinam sic pubescerem, robúrque mihi firmum esset,
" Ut quandò regem Amaryncea sepelierunt Epëi
" In Bupraſio, filiíque posuerunt regis præmia:
" Illic nullus mihi similis vir erat, neque Epëorum,
" Neque ipsorum Pyliorum, neque Ætolorum magnanimorum.
" Cæstu quidem vici Clytomedea, Enopis filium:
" Ancæum verò luctâ Pleuronium, qui in me surrexit:

τὸν μὲν Ἀχιλλέα λέγοντα τῷ Νέστορι ποιῆσαι, " —δίδωμι δέ σοι τόδ' ἄεθλον αὔτως· " ὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι, ὐδὲ παλαίσεις, " Οὐδέ τ' ἀκοντισὺν ἐνδύσεαι, ὐδὲ πόδεσσι Θεύ- " σεαι." Τὸν δὲ πρεσβύτην ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι παραβολεσχοῦντα γεροντικῶς ὅτι, " Πὺξ " μὲν ἐνίκησα Κλυτομήδεα Οἴνοπος υἱὸν, Ἀγ- " καῖον δὲ πάλῃ Πλευρώνιον—Ἴφικλον δὲ πό- " δεσσι παρέδραμον." *Plutarch. Sympoſiac. Lib.* II. *Probl.* 5. Τρία γὰρ ἀθλήματα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ταῦτα [δρόμος τε καὶ πυγμὴ καὶ πάλη] ἦν Ἕλλησιν, ὡς Ὅμηρος ἐπὶ τῇ Πατρόκλου δηλοῖ ταφῇ. *Dionyſ. Halicarn. Antiq. Rom. Lib.* VII. *ſub fine.*

Ver. 621.——πύξ γε μαχήσεαι.] *Al.* πὺξ μεμαχήσεαι.

Ver. 622.——ἐνδύσεαι.] Codices plurimi ἐσδύσεαι.

Ver. 623.——γῆρας ἐπείγει.] Cod. *Harleian.* γῆρας ἔπεισιν. Ut ſuprà ά, 29. Atque ita in uno MS. ſcriptum repperit *Barneſius*. *Al.* γῆρας ἰκάνει.

Ver. 625.——ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.] *Al.* ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευε.

Ver. 626.——κατὰ μοῖραν.] Vide ſuprà ad ω', 367.

Ibid.—ἔειπες.] *Al.* ἔειπας. Quod idem.

Ver. 627.——ὐδέ τε χεῖρες.] Cod. *Harleian.* ὐδέ τι χεῖρες. *Al.* ὐδ' ἔτι χεῖρες.

Ver. 628.—ἐπαΐσσονται.] *Al.* ἀπαΐσσονται.

Ver. 629. Εἴθ' ὣς ἠβώοιμι.] Vide ſuprà ad ά, 249 & 260.

O mihi præteritos referat ſi Juppiter annos!
Qualis eram, cùm primam aciem Præneſte ſub ipsâ
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos:
Et regem hâc Herilum dextrâ ſub Tartara miſi. *Æn.* VIII. 560.

Ver. 634. Πὺξ μὲν ἐνίκησα.] Vide ſuprà ad *ver.* 620.

Ibid.——Ἤνοπος.] *Al.* Οἴνοπος. Quo modo & legit *Plutarchus*, loco ſuprà citato.

Ver.

Ἴφικλον δὲ πόδεσσι παρέδραμον, ἐσθλὸν ἐόντα·
Δερὶ δ' ὑπειρέβαλον Φυλῆά τε, καὶ Πολύδωρον.
Οἵοισίν μ' ἵπποισι παρήλασαν Ἀκτορίωνε,
Πλήθει πρόσθε βαλόντες, ἀγασσάμενοι περὶ νίκης,
Οὕνεκα δὴ τὰ μέγιστα παρ' αὐτόφι λείπετ' ἄεθλα.
Οἱ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι· ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν,
Ἔμπεδον ἡνιόχευ', ὁ δ' ἄρα μάστιι κέλευεν·
Ὡς πρὶν ἔον, νῦν αὖτε νεώτεροι ἀνδρομάχοιο
Ἔργων τοιούτων· ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ
Πείθεσθαι, τότε δ' αὖτε μετέπρεπον ἡρώεσσιν.
Ἀλλ' ἴθι, καὶ σὸν ἑταῖρον ἄέθλοισι κλερεΐζε.
Τοῦτο δ' ἐγὼ πρόφρων δέχομαι, χαίρει δέ μοι ἦτορ,
Ὡς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἑταίρου· οὐδέ σε λήθω,
Τιμῆς ἧσέ μ' ἔοικε τελιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς.
Σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν.
Ὡς φάτο· Πηλείδης δὲ πολὺν καθ' ὅμιλον Ἀχαιῶν

" Iphiclum autem pedibus prætercurri, præstantem licèt:
" Hastâ verò mittendâ superavi Phyleúmque, & Polydorum.
" Solis me equis præteregerunt Actoridæ duo,
" Numero superantes, invidentes *mihi* victoriam,
" Quòd nempè maxima illi *certamini* relicta erant præmia.
" Hi verò erant sanè gemini: alter quidem constanter equos-regebat,
" Constanter equos-regebat, alter verò scuticâ incitabat:
" Sic olim eram, nunc vicissim juniores obeant
" Opera hujusmodi: me oportet senectæ tristi
" Parere; tum verò excellebam inter heroas.
" Sed abi, & tuo sodali certaminibus justa facito.
" Hoc autem ego lubens accipio, gaudétque mihi cor,
" Quod ita mei semper memor es benevoli: neque te lateo,
" Quo honore me par est honorari inter Achivos.
" Tibi autem dii pro his gratiam largam referant.
Sic dixit: Pelides verò ingentem per cœtum Achivorum

Ver. 637.—Φυλῆά.] Vide suprà ad ά, 265.

Ver. 639. Πλήθει πρόσθε βαλόντες.] Ἤτοι τῶν χειρῶν, ἢ τῶν ἁρμάτων· ἢ τῶν ζυναιρομένων αὐτοῖς θεατῶν, τῷ πλήθει ἐμὲ νικήσαντες. Διφυεῖς γὰρ καὶ ἀνατίσσαρας χεῖρας ἔχοντες ἰσορρῶνται. *Schol.*

Ver. 640.——αὐτόφι.] *Al.* αὐτόθι.

Ver. 641.—ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν, Ἔμπεδον ἡνιόχευ'.] De hujusmodi ἐπαναφορᾷ, vide supra ad χ'. 127.

Ille, velut pelagi rupes immota, resistit;
Ut pelagi rupes—— *Æn.* VII. 586.

Quod autem hîc ex *Ovidii, Epist. Sapph. ver.* 39; affert *Barnesius.*

" Si nisi quæ Facie poterit te digna vi-
" deri,
" Nulla futura tua est, nulla futura tua
" est;

Id verò prorsûs ab hâc re alienum est. Hoc enim ait *Ovidius*; " *Si nulla tua futura est,* " *nisi quæ Facie te digna videri poterit*; *nulla* " omninò *tua est futura.*" Quod planè aliud est ac quod dicit *Homerus.*

Ver. 642.—ὁ δ' ἄρα μάστιι.] Quâ ratione, ἄρα, hîc ultimam producat; item τε, *ver.* 673; & ἔτι, *ver.* 690; & δὲ, *ver.* 715; vide suprà ad ά, 51.

Ver. 649.—ἧσέ.] Cod. *Harleian.* ἢ τέ.

Ver. 650. Σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν.]

Dii tibi (si qua pios respectant numina, si quid
Usquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti)
Præmia digna ferant—. *Æn.* I. 607.

Ver.

Ὤχετ', ἐπεὶ πάντ' αἶνον ἐπέκλυε Νηλείδαο.
Αὐτὰρ ὁ πυγμαχίης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἆεθλα·
Ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων κατέδησ' ἐν ἀγῶνι
Ἕξέτε', ἀδμήτην, ἥτ' ἀλγίστη δαμάσασθαι·
Τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον·
Στῆ δ' ὀρθὸς, καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ἀτρεΐδαί τε, καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ,
Ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥπερ ἀρίστω,
Πυξ μάλ' ἀναστχομένω πεπληγέμεν· ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων
Δώῃ καμμονίην, γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοὶ,
Ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων κλισίηνδε νεέσθω·
Αὐτὰρ ὁ νικηθεὶς δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον.
Ὣς ἔφατ'· ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Εἰδὼς πυγμαχίης, υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειός·
Ἅψατο δ' ἡμιόνου ταλαεργοῦ, φώνησέν τε·
Ἄσσον ἴτω, ὅτις δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον,

Abiit, poſtquàm omnem laudationem audîerat Nelidæ.
Atque ille pugnæ-cæſtu decernentium duræ poſuit præmia:
Mulam laborum-patientem ducens ligavit in circo
Sexennem, indomitam, quæ difficillima domitu;
At victo poſuit poculum rotundum:
Surrexit autem, & verba inter Argivos fecit;
" Atridæque, & cæteri benè-ocreati Achivi,
" Viros duos de his jubemus, qui præſtantiſſimi,
" Pugnis altè elatis ferire: Cui verò Apollo
" Dederit victoriam, agnoverintque omnes Achivi,
" Mulam laborum-patientem ducens ad tentorium eat:
" At victus poculum auferet rotundum.
Sic dixit: ſurrexit autem ſtatim vir fortíſque magnúſque,
Peritus cæſtus-pugnæ, filius Panopei Epeus:
Manu autem prehendit mulam laborum-patientem, dixitque;
" Propè veniat, quicunque poculum auferet rotundum,

Ver. 653. Αὐτὰρ ὁ πυγμαχίης.] Nunc, ſi cui virtus animuſque in pectore præſens,
Adſit, & evinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori velatum auro vittiſque juvencum;
Enſem, atque inſignem galeam, ſolatia victo. *Æn.* V. 363.

Ibid.——ἄεθλα.] *Al.* ἄεθλον.

Ver. 655.——ἀδμήτην.] *Al.* ἀδμῆτιν.

Ver. 656, 663, 667, & 669.——ἀμφικύπελλον.] Vide ſuprà ad *α*, 584.

Ver. 658. Ἀτρεΐδαί τε.] *Henricus Stephanus* & *Euſtathius* hîc legunt Ἀτρεΐδη τε. Quibuſcum faciunt Cod. *Cantab.* à *Barneſio*, itemque Cod. *Harleian.* à *Tho. Bentleio* collatus.

Ver. 659. Ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε.] Vide ſuprà ad *ver.* 653.

Ibid.——κελεύομεν.] *Al.* κελεύομαι.

Ver. 660.——πεπληγέμεν.] Vide ſuprà ad *β*, 314; & ad *γ*, 31.

Ver. 661. Καμμονίην.] Τὴν ἐκ καλαμονῆς νίκην. *Schol.*

Ver. 664. Ὣς ἔφατ'· ὤρνυτο δ' αὐτίκ'.] Nec mora; continuò vaſtis cum viribus eſſert
Ora Dares, magnoque virûm ſe murmure tollit. *Æn.* V. 368.

Ibid.—ὤρνυτο.] Vide ſuprà ad *γ*, 260.

Ver. 666. Ἅψατο.] Cod. *Harleian.* Ἥψατο.

Ibid. Ἅψατο δ' ἡμιόνου ταλαεργοῦ, φώνησέν τε.] Tum lævâ taurum cornu tenet, atque ita fatur. *Æn.* V. 382.

Ver.

Ἡμίονον δ' ἔ φημί τιν' ἀξέμεν ἄλλον Ἀχαιῶν,
Πυγμῇ νικήσαντ'· ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος.
Ἦ ἀχ' ἄλις, ὅτι μάχης ἐπιδεύομαι; ἠδ' ἄρα πως ἦν
Ἐν πάλεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γένεσθαι.
Ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ κῆ τελεσμένον ἔσται,
Ἀνίκρὺ χρόα τε ῥήξω, ζύν τ' ὀστέ' ἀράξω.
Κηδεμόνες δέ οἱ ἐνθάδ' ἀολλέες αὖθι μενόντων,
Οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν, ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Εὐρύαλος δέ οἱ οἶος ἀνίστατο, ἰσόθεος φώς,
Μηκιστέως υἱὸς, Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
Ὃς ποτε Θήβας ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
Ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.
Τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφεπονεῖτο,
Θαρσύνων ἔπεσιν, μέγα δ' αὐτῷ βέλτο νίκην.

" Mulam autem non puto aliquem abducturum alium Achivorum,
" Me cæstibus victo: profiteor enim *me* esse præstantissimum.
" An non satis, quòd in prælio inferior sum? neque enim ullo modo licet
" In omnibus operibus peritum virum evadere.
" Sic enim denuncio, quod & perfectum erit,
" Penitùs corpúsque disrumpam, ossáque confringam:
" Curatores autem ei hîc frequentes ibidem maneant,
" Qui ipsum efferent, mearum vi manuum domitum.
Sic dixit: Illi verò omnes obmutuerunt silentio.
Euryalus autem eum contra solus surrexit, deo-par vir,
Mecistei filius, Talaïonidæ regis,
Qui quondam Thebas profectus est defuncti tunc OEdipi
Ad ludos-funebres: & ibi omnes vicit Cadmeos.
Hunc quidem Tydides hasta-inclytus curabat,
Confirmans verbis, multùm enim ei cupiebat victoriam.

Ver. 670. Ἦ ἀχ' ἄλις.] Pronunciabatur ἦχ' ἄλις. Vide suprà ad ὁ, 18.

Ibid. Ἦ ἀχ' ἄλις, ὅτι μάχης ἐπιδεύομαι.] Ἔνιοι τὲ τῶν αὐτῶν ἐπαίνους μὴ παιδελῶς λαμπρὰς μηδὲ ἀκράτους προσφέρουσι, ἀλλά τινας ἐλλείψεις ἢ ἀπολείξεις ἢ ἁμαρτίας ἐλαφρὰς ἐμβάλλουσι· ἀφαιρῶσι τὸ ἐπαχθὲς αὐτῶν καὶ νεμεσητόν· ὥσπερ ὁ Ἐπειὸς, ἃ μέτρια περὶ τῆς πυκτικῆς εἰπὼν, καὶ θρασυνόμενος, ὡς ἀνίκρὺ χρόα τε ῥήξει, "Ἦ ἀχ' ἄλις (φησὶν) ὅτι μάχης ἐπιδεύομαι;" *Plutarch. de sui Laude.*

Ibid. —— ἠδ' ἄρα πως ἦν Ἐν πάλεσσ' ἔργοισι δαήμονα.] Ἀλλ' ἃ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν Πέφυκεν——. *Euripid. Rhes. ver.* 106.

Ver. 672. —— τὸ δὲ κῆ.] *Al.* τόδε καί. Sed, ut opinor, minùs rectè.

Ver. 676. Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.] Dixerat Æneas: olli obstupuere silentes,
Conversique oculos inter se atque ora tenebant. *Æn.* XI. 120.

Ver. 677. Εὐρύαλος δέ οἱ οἶος.] Solus qui Paridem solitus contendere contra;
Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycià veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulvâ moribundum extendit arenâ. *Æn.* V. 370.

Ver. 678. Μηκιστέως.] Pronunciabatur Μηκισσῆς.

Ver. 679. —— Θήβας ἦλθε.] Cod. *Harlcian.* Θήβας δ' ἦλθε.

Ibid. —— δεδουπότος.] Ἐν πολέμῳ τεθνηκότος. *Schol* Vide & suprà ad β', 314.

Ver. 680. —— ἐνίκα.] Vide suprà ad β', 221; & ad ν', 84.

Ver. 682. Θαρσύνων.] Vide suprà ad ν', 82;

Ver.

Ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, αὐτὰρ ἔπειτα
Δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο.
Τὼ δὲ, ζωσαμένω βὴτην ἐς μέσσον ἀγῶνα·
Ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ σιβαρῇσιν ἄμ' ἄμφω,
Σύν ῥ' ἔπεσον, ζὺν δέ ζφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν·
Δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ', ἔρρεε δ' ἱδρὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων· ἐπὶ δ' ὦρνυτο δεῖος Ἐπειὸς,
Κόψε δὲ παπτήναντα παρήϊον, οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
Εἰςήκειν· αὐτῷ γὰρ ὑπήριπε φαίδιμα γυῖα.
Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ φρικὸς Βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς
Θῖν' ἔπι φυκιόεντι, μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν·
Ὣς πληγεὶς ἀνέπαλτ'· αὐτὰρ μεγάθυμος Ἐπειὸς

Cingulum autem ei primùm projecit, & deindè
Dedit lora ſcite-ſecta bovis agreſtis.
Hi autem, cum ſe accinxiſſent, prodierunt in medium circum;
Ex adverſo verò elevatis manibus robuſtis ſimul ambo,
Continuò congreſſi ſunt, ipſiſque graves manus conſertæ ſunt:
Vehemens autem crepitus maxillarum ortus eſt, fluebátque ſudor
Undique ex membris: Irruit verò nobilis Epéus,
Percuſſitque circumſpectantem ad genam, neque jam is diutiùs
Stetit: ejus enim ſuccíderunt pulchra membra.
Ut verò cùm ſub primo-impetu Boreæ exilit piſcis
Littus versùs algoſum, nigérque continuò ipſum fluctus operit:
Sic percuſſus exiliit: At magnanimus Epéus

